



BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
6
9
G
25

Viridarium Illustriũ

Poetarum cum ipsorum concordantiis in Alphabetica tabu
la accuratissime contentis quibusq; plusq̃ egregias senten-
tias Fausti poete Regis atq; regine addidimus. Non tamen
omnes propter penuriam librorum adiicere posuimus.









Venundantur Parisius in vico sancti Iacobi sub si-
gno diui Martini.

Reuerendo in Chriſto patri et D.colendiſſ.D.Octauiano Arcimboldo prob.apoſtolico Octauianus Mirandula Canonicus Regularis Lateranenſis.felicitatem optat.



Iu pater ampliſſime a pluribus rogatus:vt illuſtrium pœtarum clariores ſententias hinc inde diſperſas incertum ordinem collectas redigerem/opus conſulto diſtuli. Vt pote quod cum magno labore non parum diſcriminis annexum habeat: et multo plus temporis et ſtudii exigat/ꝙ impoſitæ predicandi ſarcinæ mancipato/& ſacris litteris vacanti religioſo concedi ſoleat. Proter id/quod tam varia:tam multiplex eſt almæ pœſis ſuppellex:& tam obſcura vatum in hoc opere perficiundo ſunt pertractāda volumina:vt cuiqꝫ etiam audentiſſimo terrorem incutiant Horum enim quædam veluti in vaſtiſſimam camporum planiciem/omnimodo rerum ſpecie refertam ſe tam late aperiuntur:vt nedum legendo peragrari facile:ſed vix ingenii acumine complecti poſſint. Alia vero in tam dēſam verborum ſiluam ſenſus occludūt/vt niſi ſtudio et labore vim inferam ſe michi minime aperiri videntur. Verūtamen priuatam hanc rationem vicit charitatis vigor/quæ nunꝙ quærit/quæ ſua ſunt. Diuiqꝫ Platonis ſententia/per quam docemur hominem non tantummodo ſibi naſci. Vicit & ſtudentium religioſorum frequēs et iuſta poſtulatio: quibus non abſqꝫ iniuria/quod fieri liceat negari non potuit. Quapropter rem pro virili parte mea aggreſſus/quæ vtilius/et ad humanæ vitæ inſtitutionem melius prolata eſſe michi viſa ſunt/tanquam de heſperidum hortis redolentiores fructus in vnum colligens opuſculum hoc confeci:& integerrimæ. D. V. Ideo obtuli dedicauiqꝫ: vt qui omni fulges doctrina/& nobiliſſimis moribus inſtitutus progenitorum



vestigiis inharenis sacrum virtutibus domicilium praestas: censor optimus hoc legitime corrigas approbes caeterisqz legendum tua auctoritate prebeas. Simul vt a tua lateranensi congregatione munus habeas. quod licet collatis per te erga eaz beneficiis longe sit impar: tale tamen est: vt in ipso et summam animi gratitudine: et tui memoriam cognoscere possis.

Vale.

Ad lectorem Octauianus Mirandula salutem.

V T candide lector circa omnem longæ inquisitionis laborē ad ea quæ volueris peruenire possis: seriem et totius rei ordinem clare enodabo. Quum igitur de aliqua re pœticas sententias quæras: illico ad tabulam siue indicem concedito: litteram illam diligentius explorans: quæ prima locata sit in sede eius dictionis: de qua scita pœtarum dicta venaris. verbi causa: quæris de iusticia accedito ad litteram. I. Ibi. n. certior fies vbi nam hoc se habeat per foliorum numerum cuȝ appositione litteræ indicis. quæ semper opponitur lineæ: ex qua sententia sumit initium. De paragraphis vero haud supersedendum esse censeo: ad hoc. n. positi sunt: vt sententiam aliam: a prima indicent: quæ in alphabetica tabula continetur si absqȝ littera sint: si autem cum littera sententiæ in carminum medio initium notant: vt intuenti facillime innotescere poterit: sciendum etiam illud est quod hic aliquā do simul ponuntur versus qui eandem sententiam notent: quāuis cum interuallo sequebātur in auctorum libris: quicquid autem interiectum est: vt non necessarium minusqȝ vtile recidimus: quod quando fiat: hoc tibi argumento apparebit. Vbicūqȝ lineæ aliis eminentiores deprehenduntur: tunc interualla illa sublata sunt: sed vbi æquales sunt: nichil prorsus intercisum est. Perlustrato igitur fœliciter studiose lector viridarium hoc nouum: vt labores nostri fructus tibi pariant vberrimos.

Vale.

¶ Philippus Beroaldus lectori salutem: et fœlicitatem

M Os est studiosorum hominum & is plane laudabilis: vt celeberrimorum scriptorum volumina perlegentes annotent: seligantq; non parum multa quæ memoratu digna esse videantur. Hoc Plinium illum multiscium factitasse tradunt: qui nihil vnq̄ legit: quod non excerperet: qui dicere solebat: nullum librum esse tam malum vt non aliqua ex parte prodesset. Hoc studiosorum genere Cesar dictator est delectatus a quo adolescentulo feruntur condita ob id dicta colectanea. Nuperrime quoq; Octauianus mirandula Diui Augustini Canonicus Regularis sacerdotali dignitate præditus nec minus doctrinæ quam religione clar⁹ exemplo maiorum ex multiiuga lectione collegit: excerpsitq; veluti ex pulcherrimo prato flosculos osce odoratissimos: qui spirant suaueolentiam iucundissimam: qui tanq̄ amaranthi minime marcescunt. Sunt hæc ex silua poetarum scitissime decerpta: quib⁹ aut sententia naturalis: moralisue: aut laus virtutis: aut censoria morum castigatio: aut præcepta saluberrima continētur. Opus prorsus non minus conducibile q̄ laboriosum. Lector perlege lætaberis: dicesq; te non parum debere celeberrimo preconi Octauiano: qui quæ sparsim intercisimq; apud compluscūlos scriptores interuallata cum labore reperiebantur: ea in vnum quasi corpus redacta collegit: tradiditq; studiosis: vt obuia sint: offerantq; se se citra morosam vestigationem: citraq; fatigationem.


Vale

¶ Domini Iacobi Antonii Balbi Placẽtini Canonici Regularis: ac predicatoris eximii Epigramma ad lectorem.

Cultor heliconii Mirandula collis: alumnus
  Lustraret nitidi cum tuus arua soli
Sicut apes legit varios ibi sedula flores:
  Ad nos et pleno detulit vsq; sinu
Filia quot cereris sicula non vidit in enna:
  Quis odor eximius perpetuusq; decor
Sed confusa vagas traheret ne copia mentes:
  Obrueretq; magis se male turba sequens:
Ordine consuluit pulchro: longumq; laborans:
  Quosq; suis fixit: disposuitq; locis
Pectoraq; edocuit titulis studiosa paratis:
  Pulchra quibus faciant serta: quibusve fauos
Quid moror: vnus opes tantas conclusit in horto:
  Aonii nemoris deliciasq; breui
Quare pieridum iam non grauis obstet amicis
  Et labor: et longæ tedia multa viæ
Huc alacres veniant: quod erat procul: ecce propinquum
  Horrebat saxis quæ modo: plana via est
Reddita confusis facies sua: gratia: virtus:
  Parnasum inueniet iam lare quisq; suo.

Hæc sunt poetarum Illustrium nomina ex quorum operibus flores electi sunt

¶ Tabula viridarii Alphabetica accuratissime edita per R. P. dominum Octauianum de Floro- nantis Mirandula Congregationis sancti Sal- uatoris Lateranensis Canonicum Regularem: diuiniqʒ verbi preconem eximium Feliciter inci- pit.



Philippus Beroaldus lectori salutem: et fœlicitatem.

M Os est studiosorum: & is plane laudabilis: vt celeberrimorum scriptorum volumina perlegentes annotent: seligantq; non parum multa quæ memoratu digna esse videantur. Hoc Plinium illum multiscium factitasse tradunt: qui nihil vnq̄ legit: quod non excerperet: qui dicere solebat: nullum librum esse tam malum vt non aliqua ex parte prodesset. Hoc studiosorum genere Cesar dictator est delectatus a quo adolescentulo feruntur condita ob id dicta colectanea. Nuperrime quoq; Octauianus mirandula Diui Augustini Canonicus Regularis sacerdotali dignitate præditus nec minus doctrinæ quam religione clarus exemplo maiorum ex multiiuga lectione collegit: excerpsitq; veluti ex pulcherrimo prato flosculos osce odoratissimos: qui spirant suaueolentiam iucundissimam: qui tanq̄ amaranthi minime marcescunt. Sunt hæc ex silua poetarum scitissime decerpta: quibus aut sententia naturalis: moralisue: aut laus virtutis: aut censoria morum castigatio: aut præcepta saluberrima continētur. Opus prorsus non minus conducibile q̄ laboriosum. Lector perlege lætaberis: dicesq; te non parum debere celeberrimo preconi Octauiano: qui quæ sparsim intercisimq; apud compluscūlos scriptores interuallata cum labore reperiebantur: ea in vnum quasi corpus redacta collegit: tradiditq; studiosis: vt obuia sint: offerantq; se se citra morosam vestigationem: citraq; fatigationem.


Vale

¶ Domini Iacobi Antonii Balbi Placētini Canonici Regularis: ac predicatoris eximii Epigramma ad lectorem.

Cultor heliconii Mirandula collis: alumnus
Lustraret nitidi cum tuus arua soli
Sicut apes legit varios ibi sedula flores!
Ad nos et pleno detulit vsq3 sinu
Filia quot cereris sicula non vidit in enna:
Quis odor eximius perpetuusq3 decor
Sed confusa vagas traheret ne copia mentes:
Obrueretq3 magis se male turba sequens:
Ordine consuluit pulchro: longumq3 laborans:
Quosq3 suis fixit: disposuitq3 locis
Pectoraq3 edocuit titulis studiosa paratis:
Pulchra quibus faciant serta: quibusve fauos
Quid moror: vnus opes tantas conclusit in horto:
Aonii nemoris deliciasq3 breui
Quare pieridum iam non grauis obstet amicis
Et labor: et longæ tedia multa viæ
Huc alacres veniant: quod erat procul: ecce propinquum
Horrebat saxis quæ modo: plana via est
Reddita confusis facies sua: gratia: virtus:
Parnasum inueniet iam lare quisq3 suo.

Hæc ſunt poetarum Illuſtrium nomina ex quorum operibus flores electi ſunt

Tabula viridarii Alphabetica accuratissime edita per: R.P. dominum Octauianum de Florouantis Mirandula Congregationis sancti Saluatoris Lateranensis Canonicum Regularem: diuiniqz verbi preconem eximium Feliciter incipit.



A

Bassuetis non fit passio. Folio. xl. Littera. E. xlv. H. lii. L. lv. z. cl. Q. cxvi. P. clxxiii. A. clxxxi. V. clxxxviii. S. i. K.

Abstinētia Carnales refrenat mot⁹. cxliiii. y

Abstinentie commendatio vtilis infra Ciborum parcitas.

Abstinentie preceptum: seu Pythagore exbortatio presertim ab esu carnium. xxv. n. o. xxvi. S. xxvii. p. xci. R.

Abstinere a carnali amore debet vnusquisqz infra Amor carnalis mala

Abstinere: a placitis non parua virtus est. xxxvii. H

Abstinere a vini potatione supflua omnes debent infra ebrietas

Accidiosorum reprehensio: siue ad virtutem acquirendā illustris exbortatio. cxxix. G. infra Exbortatio ad virtutem infra Pigri in dies

Acquisita tueri non virtus minor est: quam noua acquirere. xxxix K. Immo maior. cxcviii. R

Accusatus timens accusationem veram esse ostendit. clx. G

Addiscere qui dedignatur: non leui castigatione dignus est. lxviii S. lxix C. lxxv. S. lxxiiii. P.

Admiratio rei cuiuscumqz tempore decrescit. cl. M. cliii. S.


Admonitio facienda est cum audientium capacitate: loco atqz tēpore congruo & non econtra. xxxv. L

Adolescentem verecundum esse decet. cxxx. M. infra verecūdia

Adolescentes in bonum assuefaciēdi sunt & ad hoc admonitio notabilis. iii. Q. xiii. L. lxv. F. lxxv. F. lxxxix. X. cxv. S. Q.



C. ii



Explicit tabula.

℃ Sequitur tabula aurearum ſententiarum que ex quibuſdã egregiis opuſculis Fauſti francorũ regis poete clariſſimi opera & expenſis probi viri dionyſii Roce cõmorantis in vico ſancti Iacobi ſub interſignio diui Martini decerpuntur.



F I N I S

Petrus de ponte Cecus brugensis ad egregiũ virũ M.Paulum perrot reliquosq; studiosos lectores omneis

Texere odoriferis qui sertum floribus optas
Hec tibi culta nouo gramine prata vigent
Florida iucundo subeas viridaria gressu:
Siletum omnigeni munus odoris aues.
Lincea solicito scrutare poemata sensu:
Et varium cupida mente reuoluis opus:
Vt proba frugiferi pateat sententia dicti:
Facundam linguam quo redimire queas.
Scilicet est pulchrum sensis autoribus vti:
Tersaq; fructigeris ora mouere sonis.
Magne etenim titulo laudis pleriq; feruntur:
Quã q̃ opici rerum plena q̃ orsa ferant.
Quicquid tale petas :leto spaciatus in agro:
Inuenies :summas fert breuis ortus opes.
Seu docte exarcentur apes sub sole recenti:
Cum thima de placidis floribus vsq; leuant:
Per virgulta volant:per ameni predia ruris
Distrepitant:& se queq; onerare studet
Dulcia nectareo stipant examina suco:
Et letis animis mella fauosq; parant:
E quibus agricole magna emolumenta receptant:
Et volucres hilari dexteritate colunt.
Sic bonus egregio prestans mirandula captu:
Plurima solicito rura labore subit.
Omnis eximios solers quos approbat vsus
Autores :vigili deditione petit.
Sparsaq; per varios sapientum dogmata libros
Gnauiter hoc paruo codice iuncta tulit.

Summa quibus fauste pariuntur commoda vite;
Et quibus ingenium clarificare potes.
Nos igitur scite pandorea gloria dextre
Fulgeat optemus: quam meruisse vides.

Viridarium Illustrium Poetarum Editum per Reuerendum Patrem Dominum Octauianum De Florouantis Mirādulāsem Diui Augustini Canonicū Regularem: nec non Diuini verbi præconem Celeberrimum Fœliciter Incipit.

¶ Ex P.V.M. Bucolicis: Et primo Ex Aegloga prima electi. Interlocutores Melibœus & Tityrus Amici.

¶ Tityrus loquitur.


Meliboee deus nobis hæc ocia fecit: A
Namqȝ erit ille mihi semper deus illius aram
Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus
Ille meas errare boues vt cernis: & ipsum
Ludere quæ vellem calamo permisit agresti.
Sæpe malum hoc nobis si mens non læua fuisset Me. B
De cœlo tactas memini prædicere quercus.
Ante leues ergo pascentur in æthere cerui: Ti. C
Et freta destituent nudos in littore pisces:
Ante pererratis amborum finibus exul:
Aut ararim parthus bibet aut germania tygrim:
Quam nostro illius labatur pectore vultus.
Impius hæc tam culta noualia miles habebit. D
Barbarus has segetes. En quo discordia ciues
Perduxit miseros. En quis consæuimus agros.
Insere nunc melibœe piros: pone ordine vites.
¶ Ex Aeg.ii. In qua poeta Coridonē Amantē Alixi scribit.
O Formose puer nimium ne crede colori E
Alba lygusta cadunt, vacinia nigra leguntu
Trahit sua quemqȝ voluptas. F
Me tamē vrit amor. ¶ Quis enim modus abtsi amori. G
Ex Aeg.iii. Interlocutores Menalcas & Damœta
Aemuli concernantes & Palemon iudex.
AB Ioue principium musæ, Iouis omnia plena Da. H
Ille colit terras, illi mea carmina curæ.
Qui legitis flores & humi nascentia fragra I
Frigidus o pueri, fugite hinc. Latet anguis in herba.
Claudite iam riuos pueri, sat prata biberunt. K
Ex Aeg.iiii. Poeta solus in laudē Pallionis & Soloni filii.
VLtima cumæi venit iam carminis ætas. L
Magnus ab integre sæclorum nascitur ordo
Iam redit & virgo, redeunt saturnia regna.

Iam noua progenies cœlo dimittitur alto.
M Pauca tamen suberunt priscæ vestigia fraudis:
Quæ tentare tethym ratibus: quæ cingere muris
Oppida: quæ iubeant telluri infindere sulcos.
Alter erit tum tiphys: et altera quæ vehat argo
Delectos heroas: erunt etiam altera bella:
Atq; iterum ad troiam magnus mittetur Achilles.
Ex Aeg.V.Interlocutores Mena.Et Mop.amici.
N DVm iuga montis aper: fluuios dum piscis amabit. Me:
Dumq; thymo pascentur apes: dum rore cicadæ.
Semper bonos: nomenq; tuum: laudesq; manebunt:
Ex Aeg.viii.Interlocutores Damon: Et Alphesibeus.
O QVid non speremus amantes. Da.
P Nec curare deum credis mortalia quemq̃.
Q Vt vidi: vt perii: vt me malus abstulit error.
R Sæuus amor docuit natorum sanguine matrem
Commaculare manus: Crudelis tu quoq; mater.
Crudelis mater magis: An puer improbus ille:
Improbus ille puer: Crudelis tu quoq; mater.
S Non omnia possumus omnes.
A Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore. Al.
Licia circumdo: terq; hæc altaria circum
Effigiem duco. Numero deus impare gaudet.
B Limus vt hic durescit: & hæc vt cera liquescit:
Vno eodemq; igni: sic nostro daphnis amore.
Ex Aeg.ix.Interlocutores Licida: Et Mœris Amici.
C SOrs omnia versat. Mœ.
Omnia fert ætas: animum quoq;: sæpe ego longos
Cantando puerum memini me condere soles.
Ex Aeg.x.Et vltima De Galli insano amore.
E OMnia vincit amor: et nos cedamus amori.
F Surgamus: solet esse grauis cantantibus vmbra

Iuniperi:grauis vmbra:nocent et frugibus vmbre:

Ex Georgi.Libris.P.V.M.Ex li.i.Ad Mæcen.

NEc tibi regnandi veniat tam dira cupido. G
Ante Iouem nulli subigebant arua coloni. H
Nec signare quidem:aut partiri limite campum
Fas erat:in medium quærebant.ipsaq3 tellus
Omnia liberius nullo poscente ferebat.
Tum variæ venere artes:labor omnia vincit I
Improbus:& duris vrgens in rebus egestas.
In primis venerare deos:atq3 annua magnæ K
Sacra refer cereri:
Sepe etiam stellas vento impendente videbis
Præcipites cælo labi:noctisq3 per vmbras
Flammarum longos a tergo albescere tractus:
Quippe vbi fas versum:atq3 nephas.Tot bella per orbem: M
Tam multæ scelerum facies:non vllus aratro
Dignus honos:squalent abductis arua colonis:
Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.
Hinc mouet Euphrates:Illinc germania bellum
Vicinæ ruptis inter se legibus vrbes
Arma ferunt:sæuit toto mars impius orbe.
Vt cum carceribus sese effudere quadrigæ
Addunt se in spacia.& frustra retinacula tendens
Fertur equis auriga:neq3 audit currus habenas.

Ex.ii.Geor.Libro.

SEd neq3 medorum siluæ ditissima terra: N
Nec pulcher ganges:atq3 auro turbidus hermus
Laudibus Italiæ certent:non Bactra nec Indi.
Hæc genus acre virum marsos pubemq3 sabellam.
Assuetumq3 malo ligurem:volcosq3 verutos
Extulit:hæc decios:marios:magnosq3 camillos:
Scipiadas duros bello:& te maxime Cæsar.

Salue magna parens frugum saturnia tellus
Magna virum,
Foelix qui potuit rerum cognoscere causas, O
Atqꝫ metus omnis, & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, strepitumqꝫ acherontis auari.

Ex.iii.Geor.Libro.

P Optima quæqꝫ dies miseris mortalibus æui
Prima fugit, subeunt morbi, tristisqꝫ senectus,
Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.
Q Tu quos ad studium, atqꝫ vsum formabis agrestem,
Iam vitulos hortare, viamqꝫ insiste domandi,
Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas,
Ac primum laxos tenui de vimine circlos
Ceruici subnecte, dehinc vbi libera colla
Seruitio assuerint, ipsis e torquibus aptos
Iunge pares, & coge gradum conferre iuuencos.
R Carpit enim vires paulatim, vritqꝫ videndo
Foemina,
S Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus:
T Non tamen vlla magis præsens fortuna laborum est,
Quam si quis ferro potuit rescindere summum
Vlceris os, alitur vitium, viuitqꝫ tegendo.
Continuo culpam ferro compesce, priusqꝫ
Dira per incautum serpant contagia vulgus:
Non tam creber agens hyemē ruit æquore turbo,
Quam multæ pecudum pestes,
V Non vmbræ altorum nemorum, non mollia possint
Prata mouere animum.

Ex Quarto Geor. Libro.

X IN tenui labor, at tenuis non gloria si quem
Numina læua sinunt. Auditqꝫ vocatus apollo
y Præterea regem non sic ægyptus, & ingens

Lydia nec populi parthorum, aut medus hydaspes:
Obseruant, Rege inco lumi mens omnibus vna est.
Amisso rupere fidem constructaqꝫ mella
Diripuere ipsæ & crates soluere fauorum.
Ille operum custos, illum admirantur, & omnes
Circunstant fremitu denso, stipantqꝫ frequentes.
Et sæpe attollunt humeris, & corpora bello
Obiectant, pulchramqꝫ petunt per vulnera mortem.
¶ His quidam signis, atqꝫ hæc exempla secuti
Esse apibus partem diuinæ mentis, & haustus
Aethereos dixere. Deum namqꝫ ire per omnes
Terrasqꝫ, tractusqꝫ maris, cœlumqꝫ profundum
Hinc pecudes, armenta, viros: genus omne ferarum
Quemqꝫ sibi tenues nascentem arcescere vitas.
Scilicet huc reddi: deinde ac resoluta referri
Omnia. Nec morti esse locum: sed viua volare
Syderis in numerum: atqꝫ alto succedere cœlo.
Ipse caua solans ægrum testudine amorem:
Te dulcis coniunx te solo in littore secum:
Te veniente die: te decedente canebat.
Tænarias etiam fauces alta hostia ditis:
Et caligantem nigra formidine lucum.
Ingressus: manesqꝫ adiit: regemqꝫ tremendum
Nesciaqꝫ humanis precibus mansuescere corda:
At cantu commotæ herebi de sedibus imis
Vmbræ ibant tenues: simulacraqꝫ luce carentum
Quam multa in siluis auium se millia condunt
Vesper vbi: aut hybernus agit de montibus imber.
Quin ipse stupuere domus: atqꝫ intima læti
Tartara: cæruleosqꝫ amplexæ crinibus angues
Eumenides: tenuitqꝫ inhians tria cerbereus ora:
Atqꝫ Ixionei vento rota constitit orbis:

Iamq; pedem referens casus euaserat omnes:
Redditaq; Eurydice superas veniebat ad auras
Pone sequens: namq; hanc dederat proserpina legem:
¶ Cum subita incautum dementia cœpit amantem
Ignoscenda quidem: scirent si ignoscere manes
Restitit: Eurydicemq; suam iam luce sub ipsa.
Immemor heu: victusq; anima respexit: Ibi omnis
Effusus labor: atq; immitis rupta tyranni
Fœdera: Terq; fragor stagnis auditus auerni
Illa quis & me inquit miseram & te perdidit orpheu.
Quis tantus furor. En iterum crudelia retro
Fata vocant: Conditq; natantia: lumina somnus
Iamq; vale: Feror ingenti circumdata nocte:
Inualidasq; tibi tendens heu non tua palmas
Dixit: Et ex oculis subito ceu fumus in auras
Commixtus tenues fugit diuersa: neq; illum
Prensantem nequicquam vmbras: & multa volētem
Dicere: præterea vidit: Nec portitor orci
Amplius obiectam passus transire paludem.
A Septem illum totos perhibent ex ordine menses
Rupe sub aerea deserti ad strymonis vndam
Fleuisse: et gelidis hæc euoluisse sub antris.
Mulcentem tygres & agentem carmine quercus.
Qualis populea mœrens philomena sub vmbra
Amissos queritur fœtus: Quos durus arator
Obseruans: nido implumes detraxit: At illa
Flet noctem: ramoq; sedens miserabile carmen
Integrat & mœstis late loca questibus implet

Ex Libris Aenide. P. V. M. Ex lib. i. flores electi.

B GEns inimica mihi tyrrhenum nauigat æquor
Ilium in Italiam portans: victosq; penates.
C Sic ait: & dicto citius tumida æquora placat:

Collectasq; fugat nubes: solemq; reducit.
Ac veluti magno in populo cum sæpe coorta est
Seditio: sævitq; animisq; ignobile vulgus.
Iamq; faces: & saxa volant: furor arma ministrat:
Tum pietate gravem: ac meritis si forte virum quem
Conspexere silent: arrectisq; auribus astant.
Ille regit dictis animos: & pectora mulcet.
Sic cunctis pelagi cecidit fragor: æquora postq;
Prospiciens genitor: cœloq; invectus aperto
Flectit equos: curruq; volans dat lora secundo.
O socii: neq; enim ignari sumus ante malorum: D
O passi graviora: dabit deus his quoq; finem.
Vos et scyllæam rabiem: penitusq; sonantes
Accestis scopulos: vos & cycloplea saxa
Experti: revocate animos mæstumq; timorem
Mittite: forsan & hæc olim meminisse iuvabit.
Per varios casus: per tot discrimina rerum
Tendimus in latium: sedes vbi fata quietas
Ostendunt: illic fas regna resurgere troiæ.
Durate: & vosmet rebus servate secundis.
Talia voce refert: curisq; ingentibus æger E
Spem vultu simulat: premit altum corde dolorem.
Inde lupæ fulvo nutricis tegmine lætus F
Romulus excipiet gentem: & mavortia condet
Mœnia romanosq; suo de nomine dicet:
His ego nec metas rerum: nec tempora pono
Imperium sine fine dedi.
Ponuntq; ferocia pœni G
Corda volente deo:
Regna tyri germanus habebat H
Pigmalion: scelere ante alios immanior omnes:
Quos intermedius venit furor: ille sichæum

Impius ante aras: atq; auri caecus amore
Clam ferro incautum superat securus amorum
Germanae: factumq; diu caelauit: & aegram
Multa malus simulans vana spe lusit amantem.

I Odea si prima repetens ab origine pergam.
Et vacet annales nostrorum audire laborum.
Ante diem clauso componet vesper olympo.

K O fortunati quorum iam moenia surgunt.
Aeneas ait: & fastigia suspicit vrbis.
Infert se septus nebula mirabile dictu
Per medios miscetq; viris: neq; cernitur vlli.

L Si genus humanum: & mortalia temnitis arma:
At sperate deos memores fandi: atq; nephandi.

M Grates persoluere dignas
Non opis est nostrae Dido.
Dii tibi si qua pios respectant numina: si quid
Vsquam iusticiae est: et mens sibi conscia recti
Premia digna ferant:

N In freta dum fluuii current: dum montibus vmbrae
Lustrabunt: conuexa polus dum sydera pascet.
Semper honos: nomenq; tuum: laudesq; manebunt.

O Non ignara mali miseris succurrere disco.

P Omnis in ascanio chari stat cura parentis.

Q Ad te confugio: & supplex tua numina posco.

¶ Ex.ii. Aenei. Libro

R ACcipe nunc danaum insidias: & crimine ab vno
Disce omnes:

S Quot te per superos: et conscia numina veri:
Per si qua est quae restat adhuc mortalibus vsq;
Intemerata fides: oro miserere laborum:
Tantorum: miserere animi non digna ferentis

T Vna salus victis nullam sperare salutem

Mutemus clypeos: danaumq; insignia nobis V
Aptemus: Dolus an virtus quis in hoste requirat.
Dii: si qua est cœlo pietas: quæ talia curet: X
Persoluant grates dignas: & præmia reddant
Debita:
Non tibi tyndaridis facies inuisa lacænæ: y
Culpatus ve paris. Verum inclementia diuum
Has euertit opes: sternitq; a culmine troiam.
Descendo ac ducente deo flammam inter & hostes ȝ
Expedior: Dant tela locum: flammæq; recedunt.
Iuppiter omnipotens precibus si flecteris vllis A
Aspice nos: hoc tantum & si pietate meremur
Da deinde auxilium pater: atq; hæc omnia firma.
Tu genitor cape sacra manu: patriosq; penates. B
Me bello ex tanto digressum: & cæde recenti
Attrectare nefas: donec me flumine viuo
Abluero:

¶ Ex Libro Aenei. Tertio.

HEu fuge crudeles terras: fuge littus auarum: C
Tum vero ancipiti mentem formidine pressus D
Obstupui: steteruntq; comæ: & vox faucibus hæsit.
Hunc polydorum auri quondam cum pondere magno E
Infœlix priamus furtim mandarat alendum
Threicio regi: cum iam diffideret armis
Dardaniæ: cingiq; vrbem obsidione videret.
Ille vt opes fractæ teucrum & fortuna recessit
Res Agamemnonias: victriciaq; arma secutus
Fas omne abrumpit: polydorum obtruncat & auro
Vi potitur: Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames.

¶ Ex Quarto Aenei. Libro.

AT Regina graui iamdudum saucia cura F

Vulnus alit venis: & cæco carpitur igni
Est mollis flamma medullas
Interea. & tacitum viuit ſub pectore vulnus
Vritur infælix Dido: totaqꝫ vagatur
Vrbe furens: Qualis coniecta cerua ſagitta
Quam procul incautam nemora inter craſſia fixit
Paſtor agens telis: liquitqꝫ volatile ferrum
Neſcius: illa fuga ſyluas: ſaltuſqꝫ peragrat
Dictæos: hæret lateri lætalis harundo
G Ex templo libyæ magnas it fama per vrbes
Fama malum: Quo non aliud velocius vllum
Mobilitate viget: vireſqꝫ acquirit eundo.
H Heu quid agat quo nunc reginam ambire furentem
Audeat affatu: & quæ prima exordia ſumat:
Atqꝫ animum nunc huc celerem nunc diuidit illuc:
In parteſqꝫ rapit varias: perqꝫ omnia verſat.
I At regina dolos: quis fallere poſſit amantem.
Præſenſit: motuſqꝫ excæpit prima futuros
K Nuſꝙ tuta fides:
L Improbe amor: Quid non mortalia pectora cogis.
M Ac veluti annoſam valido cum robore quercum
Alpini borreæ: nunc hinc: nunc flatibus illinc
Eruere inter ſe certant: it ſtridor & alte
Conſternunt terram concuſſo ſtipite frondes:
Ipſa hæret ſcopulis. & quantum vertice ad auras
Aethereas: tantum radice in tartara tendit
N Mens immota manet: lachryme voluuntur inanes
O Tum vero infælix ſatis exterrita dido
Mortem orat: tædet cæli conuexa tueri.
P Eia age rumpe moras: varium & mutabile ſemper
Fœmina.

¶ Ex libro Aenei. Quinto.

ACcipite hæc animis:letaſqȝ aduertite mentes. Q
Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit
Gratior: & pulchro veniens in corpore virtus R
Adiuuat:
At non tardatus caſu:neqȝ territus heros S
Acrior ad pugnam redit: & vim ſuſcitat ira
¶ Tum pudor incendit vires: & conſcia virtus.
Infœlix quæ tanta animum dementia cœpit. T
Non vires alias:conuerſaqȝ numina ſentis.
Cede deo.
Iſqȝ his æneam ſolatus vocibus infit. V
Nate dea quo fata trahunt:retrahuntqȝ ſequamur
Quicquid erit:ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt.

¶ Ex Sexto Aenei. Libro.

TV ne cede malis:ſed contra audentior ito: X
Qua tua te fortuna ſinet:
Tunc ſic orſa loqui vates ſate ſanguine diuum y
Tros anchiſiade:facilis deſcenſus auerni:
Noctes atqȝ dies patet atri ianua ditis:
Sed reuocare gradum:ſuperaſqȝ euadere ad auras:
Hoc opus:hic labor eſt. ¶ Pauci quos æquus amauit z
Iuppiter:aut ardens euexit ad æthera virtus.
Deſine fata deum flecti ſperare precando. A
Hic locus eſt partes vbi ſe via findit in ambas: B
Dextera quæ ditis magni ſub mœnia tendit.
Hac iter elyſium nobis. At leua malorum
Exercet pœnas: & ad impia tartara mittit.
Gnoſius hæc Rhadamanthus habet duriſſima regna: C
Caſtigatqȝ:auditqȝ dolos:ſubigitqȝ fateri:
Quæ quis apud ſuperos furto letatus inani.
Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.
Nec non et tytion terræ omniparentis alumnum D

Cernere erat/per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur:nostroqȝ immanis vultur adunco
Immortale iecur tundens:fœcundaqȝ pœnis
Viscera:rimaturqȝ epulis:habitatqȝ sub alto
Pectore:nec fibris requies datur vlla renatis.
E Quid memorem lapbitas:Ixiona:pirithoumqȝ
Quos super atra silex iam iam lapsura cadenti
Imminet assimilis.lucent genialibus altis
Aurea fulcra thoris:Epuleqȝ ante ora parate
Regifico luxu/furiarum maxima iuxta
Accubat/& manibus probibet contingere mensas.
Exurgitqȝ facem attollens/atqȝ intonat ore.
Hic quibus inuisi fratres dum vita manebat:
Pulsatus ve parens/& fraus innexa clienti.
Aut qui diuitiis soli incubuere repertis.
Nec partem posuere suis/quæ maxima turba est.
Quiqȝ ob adulterium cæsi/quiqȝ arma secuti
Impia/nec veriti dominorum fallere dextras
Inclusi pœnas expectant:
¶ Saxum ingens voluunt alii/radiisqȝ rotarum
Districti pendent:sedet & ęternumqȝ sedebit
Infœlix theseus:phlegyasqȝ miserrimus omnes
Admonet & magna/testatur voce per vmbras
Discite iusticiam moniti:& non temnere diuos.
Vendidit hic auro patriam dominumqȝ potentem
Imposuit:fixit leges:pretio atqȝ refixit.
Hic thalamum inuasit natæ.vetitosqȝ hymeneos:
Ausi omnes immane nefas:ausoqȝ potiti:
Non mihi si linguæ centum sint:oraqȝ centum:
Ferrea vox:omnes scelerum comprendere formas:
Omnia pœnarum percurrere nomina possem.
F Da iungere dextras

Da genitor: teqȝ amplexu ne subtrahe nostro.
Sic memorans largo fletu simul ora rigabat.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum.
Ter frustra comprensa manus effugit imago.
Par leuibus ventis. volucriqȝ simillima somno.
O pater: an ne aliquas ad cœlum hinc ire putandum est: G
Sublimes animas. Iterumqȝ ad tarda reuerti
Corpora. quæ lucis miseris tam dira cupido.
¶ Dicam equidem: nec te suspensum nate tenebo.
Suspicit Anchises: atqȝ ordine singula pandit
Principio Cœlum ac terras: camposqȝ liquentes.
Lucentemqȝ globum lunæ: titaniaqȝ astra
Spiritus intus alit: totamqȝ infusa per artus
Mens agitat molem: & magno se corpore miscet.
Inde hominum: pecudumqȝ genus: vitæqȝ volantum.
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.
Igneus est ollis vigor: & cœlestis origo
Seminibus: quantum non noxia corpora tardant. H
Terreniqȝ hebetant artus: moribundaqȝ membra.
Hinc metuunt: cupiuntqȝ dolent: gaudentqȝ: nec auras
Respiciunt clausæ tenebris & carcere cæco.
Quin & supremo cum lumine vita reliquit. I
Non tamen omne malum miseris: nec funditus omnes
Corporeæ excedunt pestes: penitusqȝ necesse est
Multa diu concreta modis inolescere miris.
Ergo exercentur pœnis: veterumqȝ malorum
Supplicia expendunt: aliæ panduntur inanes
Suspensæ ad ventos: aliis sub gurgite vasto.
Infectum eluitur scelus: aut exuritur igni.
Quisqȝ suos patimur manes. ¶ Ex inde per amplum K
Mittimur elysium. ¶ Et pauci læta arua tenemus.
Donec longa dies perfecto temporis orbe L

Concretam exemit labem: purumque reliquit.
Aethereum sensum: atque aurati simplicis ignem.
Has omnes vbi mille rotam voluere per annos
Lethaeum ad fluuium deus euocat agmine magno
Scilicet immemores supera vt conuexa reuisant
Rursus: et incipiant in corpora velle reuerti.
M Consulis imperium hic primus saeuasque secures
Accipiet natosque pater noua bella mouentes
Ad poenam pulchra pro libertate vocabit
Infoelix: vt cumque ferant ea facta minores
Vincet amor patriae: laudumque immensaque cupido.
N Hae tibi erunt artes: pacisque imponere morem:
Parcere subiectis: Et debellare superbos.

Ex. viii. Aenei. Libro.

O Talia per latium quae laomedontius heros
Cuncta videns: magno curarum fluctuat aestu:
Atque animum celerem: nunc huc: nunc diuidit illuc:
In partesque rapit varias: perque omnia versat.
P Fugit ilicet ocior euro:
Speluncamque petit: pedibus timor addidit alas.
Q Ibat rex obsitus aeuo:
Et comitem Aeneam iuxta: natumque tenebat
Ingrediens: varioque viam sermone leuabat.
R Primus ab aethereo venit Saturnus olympo
Arma Iouis fugiens: & regnis exul ademptis
Is genus indocile ac dispersum montibus altis
Composuit: legesque dedit latiumque vocari
Maluit: his quoniam latuisset tutus in oris:
¶ Aureaque: vt perhibent: illo sub rege fuere
Saecula: sic placida populos in pace regebat.
Deterior donec paulatim: ac decolor aetas
Et belli rabies: & amor successit habendi.

¶Ex Libro Aenei.Nono.

TUm vero incumbunt: vrget præsentia turni: S
Aut pugnam aut aliquid iam dudum inuadere magnū T
Mens agitat mihi: nec placita contenta quiete est.
Nec tarda senectus V
Debilitent vires animi: mutatq; vigorem.

¶Ex Libro Aenei.Decimo.

ACcipite ergo animis: atq; hæc mea figite dicta. X
Sua cuiq; exorsa laborem: A
Fortunamq; ferent. Rex Iuppiter omnibus idem.
Violentaq; pectora turni B
Edocet: humanis quæ sit fiducia rebus.
Hic magnus sedet Aeneas: secumq; volutat. C
Euentus belli varios:
Audentes fortuna iuuat. D
Stat sua cuiq; dies. ¶Breue & irreparabile tempus F
Omnibus est vitæ. ¶Sed famam extendere factis F
Hoc virtutis opus.
Nescia mens hominum fati: sortisq; futuræ: G
Et seruare modum rebus sublata secundis.
Agnouit longe gemitum præsaga mali mens. H

¶Ex.xi.Aenei.Libro.

AVrora interea miseris mortalibus almā I
Extulerat lucem: referens opera atq; labores:
Ante oculos: Interq; manus sunt omnia vestras: K
Nunc adeo quæ sit dubiæ sententia menti L
Expediam: & paucis: animos adhibere: docebo.
Nulla salus bello: pacem te poscimus omnes.

¶Ex.xii.Aenei.Libro.

ILli membra nouus soluit formidine torpor: M
Arrectæq; horrore comæ: & vox faucibus hæsit.

¶Ex.xiii.lib.per Maphëum Vegium addito:

O Pisce Iouem venerari & iussa facessere diuum.
¶ Magnum etiã capit ira Iouem: memoresq3 malorũ
Sollicitat vindicta deos :
P Tunc sic illacbrymans Rex alto corde latinus
Verba dabat: quantos humana negotia motus :
Alternasq3 vices miscent: quo turbine fertur
Vita hominum o fragilis damnosa superbia sce
O furor o nimium dominandi innata cupido
Mortales quo cæca vebis : quo gloria tantis
Inflatos transfers animos quæsita periclis
Quod tecum insidias : quot mortes : quanta
Magnorum tormenta geris . quot tela . quot
Ante oculos si cernis habes : heu dulce venenum.
Et mundi lætalis honos : heu tristia regni
Munera : quæ haud paruo constent : & grandia rerum:
Pondera : quæ nunq̃ placidam promittere pacem
Nec requiem conferre queant : heu sortis acerbæ
Et miseræ regale decus : magnoq3 timori
Suppositos regum casus : paciq3 negatos.
¶ At nunc turne iaces vbi nam generosa iuuentæ
Gloria : & excellens animus . quo splendidus altæ
Frontis honos . quo nã illa decens tibi frontis imago.
Q Vna omnes lacbrymas : matres : pueriq3 : senesq3
Fundebant : mæstam implentes mugitibus vrbem.
R At Daunus patriæ ardenti concussus amore
Euersæ : duros gemitus sub corde premebat
S Hæc inter magno volitans prænuntia motu
Fama ruit : latisq3 animos clamoribus implet.
T At Daunus cari vt patuerunt funera nati
Substitit : & demum ingenti correpta dolore
Ora mouens : medium sese furibundus in agmen
Proripuit : turnumq3 super prostratus : & herens

Quãprimum fari potuit: sic edidit ore.
Heu miserum ꝙ̃ præcipites labentia casus
Sæcla agitant: quanto voluuntur fata tumultu.
Qui iam sublimes referebas clarus honores
Et magnus toto in latio: quem troes in armis
Horrendum: & trepidi totiens sensere furentem:
Nunc mi turne iaces: miserendum & flebile corpus
Iam mutum est sine voce caput: quo pulchrior alter
Non fuit in tota ausonia: nec gratior vllus
Eloquio: nec quis positis ingentior armis
Heu mortem inuisam: quæ sola vltricibus armis
Elatos frœnas animos: communia toti
Genti sceptra tenens æternaqꝫ fœdera seruans:
Quæ magnos: paruosqꝫ teris: quæ fortibus æquas
Imbelles: populisqꝫ duces: seniumqꝫ: iuuentæ
Nec nostræ potuere preces inflectere durum
Nec diuum portenta animum. quin arcius ignem
Spumabat ferus ore vomens: bellumqꝫ ciebat.
At vero dignum inuenit pro talibus ausis
Exitium: qui te tandem victore momordit.
Vehet super æthera virtus.
Tum medio venus exultans se immisit olympo
Ante Iouem: Et complexa pedes sic ore locuta est.
Omnipotens genitor: qui solus ab æthere summo
Cuncta moues: qui res hominum: curasqꝫ recenses
Dum teucros traheret fortuna inimica recordor
Spondebas finem ærumnis: rebusqꝫ salutem
Nec tua me promissa pater sententia fallit.
Tum venus aerias descendit lapsa per auras
Laurentumqꝫ petit vicina numicius vndis
Fluminëis vbi currit in æquora harundine tectus:
Tunc corpus gnati abluere & deferre sub vndas.

Quicquid erat mortale iubet: dehinc laeta recentem
Foelicemq; animam secum super aera duxit:
Immisit aeneam astris quem iulia proles
Indigetem appellat: templisq; imponit honores:

De Venere & Vino. P.V.M.

C Nec veneris: nec tu vini capiaris amore.
Vno namq; modo vina: venusq; nocent.
Vt venus eneruat vires: sic copia vini:
Et tentat gressus: debilitatq; pedes.
D Multos caecus amor cogit secreta fateri:
Arcanum demens detegit ebrietas.
E Bellum saepe petit ferus exitiale cupido
Saepe manus itidem baccus ad arma vocat:
Perdidit horrendo troiam venus improba bello.
Et laphitas bello perdis iacche graui.
F Deniq; quum mentes hominum furiarit vterq;
Et pudor: & probitas: & metus omnis abest.
G Compedibus venerem: vinclis constringe lyaeum:
Nec te muneribus laedat vterq; suis.
Vina sitim sedant: Natis venus alma creandis
Sed fines horum transiliisse: nocet.

De Liuore per pulchra. P.V.M. Carmina.

H Liuor tabificum malis venenum
Intactis vorat ossibus medullas
Et totum bibit artubus cruorem
Quid quisq; furit inuidetq; sorti
Vt detur sibi poena semper ipse est.
Testatur gemitu graues dolores
Suspirat: gemit: incutitq; dentes
Sudat frigidus intuens quod odit
Effundit mala lingua virus atrum
Pallor terribilis genas colorat

Infœlix maties renudat oſſa.
Non lux:non cibus eſt ſuauis illi:
Nec potus iuuat: Aut ſapor lyai:
Nec ſi pocula Iuppiter propinet:
Atqꝫ hac porrigat:& miniſtret hebe:
Aut tradat Ganymedes ipſe nectar:
Non ſomnum capit:aut quieſcit vnq̄:
Torquet viſcera carnifex cruentus:
Veſano tacitos mouet furores:
Intentans animo faces erynnis:
Et talis tytii quo vultur intus:
Qui ſemper lacerat comeſti mentem.
Viuit pectore ſub dolente vulnus
Quod chironia nec manus leuaret:
Nec phœbus:ſoboleſue clara phœbi.

De fortuna.P.V.M.Carmina:

Fortuna potens ttantum
Iuris atrox qua vendicas: I
Euertiſqꝫ bonos:eligis improbos:
Nec ſeruare potes muneribus fidem.
Fortuna immeritos auget honoribus:
Fortuna innocuos cladibus afficit.
Iuſtos illa viros pauperie grauat.
Indignos eadem diuitiis beat.
Hæc aufert iuuenes:& retinet ſenes
Iniuſto arbitrio tempora diuidens:
Quod dignis adimit tranſfert ad impios:
Nec diſcrimen habet:rectaqꝫ iudicat.
Inconſtans:fragilis:perfida lubrica.
Nec quos clarificat perpetuo fouet.
Nec quos deſeruit pepetuo premit.

De Orpheo digniſſima.P.V.M.Carmina.

K Threicius quondam vates
Fide creditur canora
Mouisse sensus trium fratrum
Atq; omnes tenuisse vagos.
Et surda cantu concitasse saxa
Suaui sono testudinis
Arbores secutæ vmbram ferunt præbuisse vati
r. dplacidis hominum dictis
D ra corda mitigauit
octaq; vitam voce temperauit
Iusticiam docuit: cætu quoq; congregauit vno
Moresq; agrestes expoliauit Orpheus
De Elegia in Mæcenatis obitu: quæ dicitur Virgilii
L Illa rapit iuuenes prima florente iuuenta:
Non oblita rapit sed tamen illa senes.
M Marmora meonii vincunt monumenta libelli.
Viuitur ingenio: cætera mortis erunt.
N Tempora dispensat vsus: & tempora cultus:
Hæc homines pecudes: hæc moderantur aues.
O Et decet: & certe viuam tibi semper amore:
Nec tibi qui moritur desinit esse tuus.
Ipse ego quicquid ero cineres: interq; fauillas
Tum ego non potero non memor esse tui.
De littera.y.Pythagore.P.V.M. Carmina.
P Littera Pythagoræ discrimine secta bicorni
Humanæ vitæ speciem præferre videtur.
Nam via virtutis dextrum petit ardua callem
Difficilemq; aditum primum spectantibus offert:
Sed requiem præbet fessis in vertice summo.
Molle ostentat iter via lata, sed vltima meta
Præcipitat captos: voluitq; per ardua saxa.
Quisquis.n.duros casus virtutis amore

Vicerit:ille sibi laudemq;:decusq; parabit.
At qui desidiam:luxumq; sequetur inertem:
Dum fugit oppositos incauta mente labores
Turpis:inopsq; simul miserabile transiget aeuum
De Cœlestibus signis .P.V.M. Carmina
Q
rimus adest aries:thaurusq; insignibus auro
Cornibus:& fratres:& cancer aquatile signum
Tum leo terribilis veniens:atq; innuba virgo:
Libra sibi:et audaq; animal quod dirigit ictum:
Armatusq; arcu chiron:& corniger hircus:
Fusor aquis simul:& fulgenti piscis in auro
Est & Non.P.V.M.
Est & non cuncti monosyllaba nota frequentant R
His demptis nihil est hominum quod sermo volutet
Omnia in his:& ab his sunt omnia siue negoci
Siue oci quicq; est seu turbida:siue quietis
Qualis vita hominum:Duo quam monosyllaba versant
Vir bonus .P.V.M.
Vir bonus & sapiens qualem vix repperit vllum S
Milibus e cunctis hominum consultus apollo
¶ Iudex ipse sui totum se explorat ad vnguem
Quid proceres vaniq; leuis:quid opinio vulgi
Securus:mundi instar habens teres:atq; rotundus
Externæ ne quid labis per leuia fidat
Ille diem quam longus erit sub sydere cancri
Quantaq; nox tropico se porrigit in capricorno
Cogitat & iusto trutinæ se examine pensat
Non prius in dulcem declinat lumina somnum
Omniaq; longi reputauerit acta diei
Quo præter gressus:quid gestum in tempore:quid non
Cur isti facto decus affuit aut ratio illi:
Quid mihi præteritum:Cur hæc sententia sedit:

Quam melius mutare fuit:miseratus egentem.
Cur aliquem fracta persensi mente dolorem.
Quid volui:quod nolle bonum foret:vtile honesto
Cur malus ante tuli.num dicto:aut deniqꝫ vultu
Perstrictus quisqꝫ:Cur me natura magis ꝙ
Disciplina trahit:Sic dicta & facta per omnia
Ingrediens:ortoqꝫ a vespere cuncta reuoluens
Offensus prauis dat palmam:et præmia rectis.

Ex.P.V.M.Ad battarum.

T Dulcia amara prius fient:& mollia dura:
Candida nigra oculi cernent:& dextera læua:
Migrabunt casus aliena in corpora rerum:
Quam tua de nostris emigret cura medullis.

Ex.P.V.M.De Aetna.

A Tu modo subtiles animo duce percipe curas:
Occultamqꝫ fidem manifestis astrue rebus.
Mille sub exiguo ponam tibi tempore veras
Res:oculiqꝫ docent:certas res credere cogunt:
B Solis scire modum:& quanto minor orbita lunæ est:
Cur illi breuior:cur isti peruolet orbis.
Scire vices etiam signorum.& tradita iura:
Nubila cur cælo terræ denunciet ymbres.
Quo rubeat phœbe:quo frater palleat igni:
Tempora cur variant anni:primaqꝫ iuuenta
Ver æstate preit:cur æstas ipsa senescit.
Autumnoqꝫ obrepit hyems:& in orbe cucurrit:
Axem scire helices:& tristem nosse cometem:
Lucifer vnde micet:quæue hesperus vnde bootes
Saturni cur stella tenax:cur martia pugnax:
Quo rapiant nautæ:quo sydere lintea tendant:
Scire vias maris:& cæli prædicere cursus:
Quo volet orion:quo sirius incubet index:

Et quecunq; iacent tanto miracula mundo:
Non digesta pati: nec aceruo condita rerum:
Sed manifesta notis certa disponere sede
Singula diuini est animi: ac iucunda voluptas:
¶ Sed prior hæc hominum cura est cognoscere terram
Et quæ nunc miranda tulit natura notare.
Hæc nobis magna affinis cœlestibus astris:
Nam quæ mortalis species: quæ amentia maior D
In iouis errantem regno perquirere velle.
¶ Tantum opus ante pedes transire: & perdere segnes
Torquemur miseri in paruis:
Leues cruciant animos: & corpora causæ
Subter scrutamur rimas: euertimus omne profundum: E
Quæritur argenti semen: nunc aurea vena.
Sed frustra certis disponere singula causis F
Tentamus.
Cum iam vicinis streperent incendia tectis G
Aspiciunt pigrumq; patrem: matremq;: senemq;:
Heu iam defessos: posuissent limine membra
Parcite auara manus dicens attollere prædas:
Illis diuitiæ solæ: materq;: paterq;:
Hanc rapies prædam: mediumq; exire per ignem
Ipso dante fidem properato maxima rerum:
Et merito pietas homini tutissima virtus.
Erubuere pios iuuenes attingere flammæ
Et quacunq; ferunt illi vestigia cedunt.
Nec sanctos iuuenes attingunt sordida fata: H
Sed iuri cessere domus: & iura piorum.

¶ Ex. P. V. M. Ad messalam.

Sed quoniam ad tantas non primum nascimur artes: I
Nunc primum teneros firmamus robore neruos.
Omnia vincit amor: Quid.n. non vinceret ille. K

¶Ex.P.V.M.Catalecton.

Quare illud satis est:si te permittis amari.
Nam contra vt sit amor mutuus inde mihi.

Ex libris.P.Ouidii.M.Metamorphoseos
Ex libro primo vtilissimi flores electi.

M N noua fert animus mutatas dicere formas
I Corpora:dii coeptis (nã vos mutastis & illas)
Aspirate meis:primaq; ab origine mundi
Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.
N Ante mare:& terras:& quod tegit omnia coelum
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe
Quod dixere Chaos:rudis:indigestaq; moles:
Nec quicquam nisi pondus iners:congestaq; eodem
Non bene iunctarum discordia semina rerum:
Hanc deus & melior litem natura diremit:
Nam coelo terras:& terris abscidit vndas:
Et liquidum spisso secreuit ab aere coelum.
Quæ postquam euoluit:cæcoq; exemit aceruo
Dissociata locis:concordi pace ligauit.
¶Ignea conuexi vis & sine pondere coeli
Emicuit:summaq; locum sibi legit in arce:
Proximus est aer illi:leuitate:locoq;
Densior his tellus:elementaq; grandia traxit:
Et pressa est grauitate sui:circunfluus humor
Vltima possedit:solidumq; coercuit orbem.

Ex fab.i.Chaos in subscriptas figuras mutatu

O Hæc super imposuit liquidum:& grauitate carentem.
Aethera:nec quicquam terrenæ fecis habentem.
P Neu regio foret vlla suis animalibus orba
Astra tenent coeleste solum formæq; deorum
Q Cesserunt nitidis habitandæ piscibus vndæ:
R Terra feras coepit:volucres agitabilis aer.

Ex fab.ii. Terra in homines mutata.

Sanctius his animal mentisq; capacius altæ S
Deerat adhuc: & quod dominari in cætera posset
Natus homo est: siue hunc diuino semine fecit
Ille opifex rerum: mundi melioris origo.
Pronaq; cum spectent animalia cætera terram T
Os homini sublime dedit: cœlumq; videre
Iussit: & erectos ad sydera tollere vultus.

Ex fab.iii. Mundus in quattuor ætates mutatus.

Prima ætas aurea vocatur.

Aurea prima sata est ætas quæ vindice nullo V
Sponte sua sine lege fidem: rectumq; colebat:
Nondum præcipites cingebant oppida fossæ.
Non tuba directi: non æris cornua flexi:
Non galeæ: non ensis erat: sine militis vsu
Mollia securæ peragebant otia gentes.
Ipsa quoq; immunis: ra stroq; intacta: nec vllis
Saucia vomeribus per se dabat omnia tellus.

Secunda ætas quæ argentea dicitur.

Postq̃ saturno tenebrosa in tartara misso K
Sub Ioue mundus erat: subiitq; argentea proles
Auro deterior fuluo: preciosior ære.

Tertia ætas: quæ ærea vocitatur.

Tertia post illam successit Aenea proles y
Seuior ingeniis: & ad horrida promptior arma:

Quarta ætas quæ ferrea dicitur.

Non scelerata tamen. ¶ De duro est vltima ferro A
Protinus irrupit venæ peioris in æuum
Omne nefas: fugere pudor verumq; fidesq;.
In quorum subiere locum: fraudesq; doliq;.
Insidiæq;: & vis: & amor sceleratus habendi.
Nec tantum segetes: alimentaq; debita diues
Poscebatur humus: sed itum est in viscera terræ

Quasqꝫ recondiderat: stygiisqꝫ admouerat vmbris.
Effodiuntur opes irritamenta malorum:
Iamqꝫ nocens ferrum: ferroqꝫ nocentius aurum
Prodierat: prodit bellum: quod pugnat vtroqꝫ:
Sanguineaqꝫ manu crepitantia concutit arma.
Viuitur ex rapto: non hospes ab hospite tutus:
Non socer a genero: fratrum quoqꝫ gratia rara est:
Imminet exitio vir coniugis illa mariti:
Lurida terribiles miscent aconita nouercæ:
Filius ante diem patrios inquirit in annos:
Victa iacet pietas. ¶ Et virgo cæde madentes
Vltima cœlestum terras astrea reliquit
Ex fab. vi. Licaon rex Archadiæ in lupum mutatus:

B Est via sublimis cœlo manifesta sereno
Lactea nomen habet: candore notabilis ipso:
Hac iter est superis ad magni tecta tonantis:
Regalemqꝫ domum. dextra leuaqꝫ deorum
Atria nobilium: valuis celebrantur apertis.
Plebs habitat diuersa locis: a fronte potentes
Celicolæ: clariqꝫ suos posuere penates.
Hic locus est. quem si verbis audatia detur
Haud timeam magni dixisse palacia cœli.

C Cuncta prius tentanda. sed immedicabile vulnus
Ense recidendum est. ne pars sincera trahatur.

D Ille quidem pœnas: curam hanc dimittite: soluit
Quod tamen amissum: quæ sit vindicta docebo
Longa mora est: quantum noxæ sit vbiqꝫ repertum
Enumerare: minor fuit ipsa infamia vero.
Mox ait experiar. Deus hic discrimine aperto
An sit mortalis. nec erit dubitabile verum.
Nocte grauem somno: nec opina perdere morte
Me parat. hæc illi placet experientia veri.

Nec contentus eo est: missi de gente molosa
Obsidis vnius iugulum mucrone resoluit:
Atq; ita semineces. partim feruentibus artus
Mollit aquis partim subiecto torruit igni.
Quos simul imposuit mensis. Ego vindice flamma.
In dominum dignos euerti tecta penates.
Tertius ipse fugit: natusq; silentia ruris
Exululat frustraq; loqui conatur ab ipso
Colligit os rabiem. solitaq; cupidine cædis
Vtitur in pecudes: & nunc quoq; sanguine gaudet:
In vilos abeunt vestes: in crura lacerti
Fit lupus: & veteris seruat vestigia formæ.

¶ Ex fab. vii. Ex qua post diluuium saxa a Deucalione proiecta in mares. a Pirra vxore sua in fœminas mutantur.

Occidit vna domus: sed non domus vna perire E
Digna fuit. qua terra patet fera regnat erynnis
In facinus iurasse putes. Dent ocius omnes
Quas meruere pati (sic stat sententia) pœnas.
Iamq; erat in totas sparsurus fulmina terras F
Sed timuit: ne forte sacer tot ab ignibus æther
Conciperet flammas. totusq; ardesceret axis.
Esse quoq; in fatis reminiscitur affore tempus
Quo mare: quo tellus: correptaq; regia cœli.
Ardeat: Et mundi moles operosa laboret.
Pœna placet diuersa. genus mortale sub vndis G
Perdere. Et omni nimbos demittere cœlo.
Ipse tridente suo terram percussit. At illa
Intremuit: motuq; vias patefecit aquarum
Expatiata ruunt per apertos flumina campos:
Cumq; satis: arbusta simul: pecudesq; virosq;:
Tectaq;: cumq; suis rapiunt penetralia sacris
Si qua domus mansit: potuitq; resistere; tanto

Indelecta malo culmen tamen altior huius
Vnda tegit pressaqз latent sub gurgite turres
Iamqз mare & tellus nullum discrimen habebat
Omnia pontus erat deerant quoqз littora ponto.
H Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus
Nomine pernasus superatqз cacum ne nubes.
Hic vbi deucalion nam cetera texerat equor)
Cum consorte thori parua rate vectus adhesit.
Non illo melior quisqз nec amantior equi
Vir fuit. Aut illa reuerentior vlla deorum
Iuppiter vt liquidis stagnare paludibus orbem
Et superesse virum de tot modo milibus vnum
Et superesse videt de tot modo millibus vnam
Innocuos ambos: cultores numinis ambos
Nubila disiecit: nimbisqз aquilone remotis
Et celo terras ostendit: Et ethera terris.
I Placuit celeste precari
Numen & auxilium per sacras querere sortes
Atqз ita si precibus dixerunt numina iustis
Victa remolescunt. si flectitur ira deorum
Dic themi qua generis damnum reparabile nostri
Arte sit. Et mersis fer opem mitissima rebus.
K Mota dea est sortemqз dedit discedite templo
Et velate caput. cinctasqз resoluite vestes
Ossaqз post tergum magne iactate parentis
L Inde promethides placidis epimethida dictis
Mulcet & aut fallax ait est solertia nobis
Aut pia sunt nullumqз nefas oracula suadent.
M Magna parens terra est. lapidesqз in corpore terre
Ossa reor dici. iacere hos post terga iubemur
Coniugis augurio quamqз titania mota est
Spes tamen in dubio est adeo celestibus ambe

Diffidunt monitis. sed quid tentare nocebit
Discedunt velantq; caput tunicasq; recingunt
Et iussos lapides sua post vestigia mittunt.
Saxa (quis hoc credat nisi sit pro teste vetustas)
Ponere duritiē cœpere suumq; rigorem
Molliriq; mora mollitaq; ducere formam
Mox vbi creuerunt naturaq; mitior illis
Contigit vt quædam sic non manifesta videri
Forma potest hominis sed vti de marmore cœpta
Non exacta satis rudibusq; simillima signis
Quæ tamen ex illis aliquo pars humida succo
Et terrena fuit versa est in corporis vsum
Quod solidum est flectiq; nequit mutatur in ossa
Quæ modo vena fuit sub eodem nomine mansit
Inq; breui spatio superorum numine saxa
Missa viri manibus faciem traxere virorum
Et de fœmineo reparata est fœmina iactu
Inde genus durum sumus: experiensq; laborum
Et documenta damus qua simus origine nati.

Ex fa. viii. terra in diuersa animalia conuersa

Quippe vbi temperiem sumpsere humorq; calorq; N
Concipiunt & ab his oriuntur cuncta duobus
Cumq; sit ignis aquæ pugnax vapor humidus omnes
Res creat. & discors concordia fœtibus apta est.

Ex fa. ix. daphne in laurū cōuersa & phœbus in amantē.

Filius huic veneris figat tuus omnia Phœbe O
Te meus arcus ait quantoq; animalia cedunt
Cuncta deo tanto minor est tua gloria nostra.
Sæpe pater dixi generū mihi filia debes P
Sæpe pater dixi debes mihi nata nepotes.
Illa velut crimen tedas exosa iugales
Pulchra verecundo suffundens ora rubore

Inq; patris blandis hærens ceruice lacertis
Da mihi perpetua genitor carissime dixit
Virginitate frui. dedit hoc ante dianæ
Q Ille quidē obsequitur. ¶ Sed te decor iste quod optas
Esse vetat. votoq; tuo tua forma repugnat.
R Vtq; leues stipulæ demptis adolentur aristis.
Vt facibus sepes ardēt quas forte viator.
Vel nimis admouit vel iam sub luce reliqui
Sic deus in flammas abiit sic pectore toto
Vritur & sterilem sperādo nutrit amorem
S Fugit ocior aura
Illa leui neq; ad hæc reuocantis verba resistit.
Nympha precor peneia mane non insequor hostis
Nympha mane sic agna lupum sic cerua leonem
Sic acquilam pennæ fugiunt trepidante columbæ
Hostes quæq; suos amor est mihi causa sequēdi
T Certa quidem nostra est nostra tamen vna sagitta
Certior in vacuo quæ vulnera pectore fecit.
Inuentum medicina meum est: opiferq; per orbem
Dicor: & herbarum subiecta potentia nobis.
Hei mihi ꝙ nullis amor est medicabilis herbis:
Nec prosunt domino: quæ prosunt omnibus artes.

¶ Ex. ii. li. Ex fa. i. Phæton fulmine ictus in padum cecidit

V Regia solis erat sublimibus alta columnis
Clara micante auro: flammasq; imitante pyroppo
Cuius ebur nitidum fastigia summa tenebat
Argenti bifores radiabant lumine valuæ
Materiam superabat opus
X Altius egressus cœlestia tecta cremabis
Inferius terras medio tutissimus ibis

Ex fa. v. Iupp. in dianā & calisto in vrsam mutati.

Nulla potentia longa est. A
Heu quam difficile est crimen non prodere vultu B
Ex fa.xii. Aglauros in lapidem mutata.
Protinus inuidiae nigro squallentia tabo C
Tecta petit. domus est imis in vallibus antri
Abdita sole carens non vlli peruia vento
Tristis & ignauiplenissima frigoris: & quae
Igne vacet s..per.caligine semper abundet.
Huc vbi peruenit bello metuenda virago D
Constitit ante domum. Neque enim succedere tectis
Fas habet. & postes extrema cuspide pulsat.
Concussae patuere fores. videt intus edentem
Vipereas carnes vitiorum alimenta suorum
Inuidiam.
Pallor in ore sedet. Macies in corpore toto:
Nusquam recta acies. liuent rubigine dentes
Pectora felle virent. lingua est suffusa veneno
Risus habest: nisi quem visi mouere dolores:
Nec fruitur somno: vigilantibus excita curis:
Sed videt ingratos: intabescitque videndo
Successus hominum: carpitque & carpitur vna
Suppliciumque suum est:
Illa deam obliquo fugientem lumine cernens
Murmura parua dedit: successibus atque mineruae
Indoluit. Baculumque capit: quem spinea totum
Vincula cingebant: Adopertaque nubibus atris
Quacunque ingreditur florentia proterit arua:
Exuritque herbas: & summa papauera carpit:
Afflatuque suo populos: vrbesque domosque:
Polluit: & tandem tritonida conspicit arcem:
Ingeniis: opibusque: & festa pace virentem.
Vixque tenet lacbrimas: quia nil lacbrymabile cernit:

Cunctaq3 magna facit: quibus irritata dolorẽ
Cecropis: occulto mordetur. & anxia nocte:
Anxia luce gemit: lentaq3 miserrima tabe
Liquitur: vt glacies incerto saucia sole.

Ex fa. xiii. Iuppiter in thaurũ albissimũ mutatus.

E Non bene conueniunt: nec in vna sede morantur
Maiestas & Amor.

Ex. iii. lib. Ex fa. ii. Actaon in ceruum mutatu.

F Scilicet vltima semper
Expectanda dies homini est: diciq3 beatus
Ante obitum nemo: supremaq3 funera debet.

Ex fab. v. Echo in saxum mutata:

G Ille fugit: fugiensq3 manus complexibus aufert.
Ante ait emoriar: qua sit tibi copia nostri.
¶ Sed tamen haret amor: crescitq3 dolere repulsæ
Et tenuant vigiles corpus miserabile curæ:
Adducitq3 cutem maties.

Ex fa. vi. Narcisus in florem sui nois mutatus.

H Hic puer & studio venandi lassus & æstu
Procubuit: faciemq3 loci: fontemq3 secutus:
Dumq3 sitim sedare cupit: sitis altera creuit:
Dumq3 bibit: visæ correptus imagine formæ
Spẽ sine corpore amat: corpus putat eẽ qđ vmbra est
Tantus tenet error amantem.
Iste ego sum sensi: nec me mea fallit imago.
Vxor amore mei. flammas moueoq3: feroq3:
Quid faciam. roget. an ne rogẽ. quid deinde rogabo.
Quod cupio mecum est. inopem me copia fecit.

I O vtinam a nostro secedere corpore possem
Nec mihi mors grauis est posituro morte dolores:

Ex fa. xi. Pantheus dilaceratus.

Præcipitem famuli rapite hunc: cruciataq3 duris

Corpora tormentis stygis demittite morti.
Ruit omnis in vnum L
Turba furens concta coeunt:trepidumqz sequuntur:
Iam trepidum:iam verba minus violenta loquentem:
Iam se damnãtem:iam se peccasse fatentem.
Saucius ille tamen:fer opem matertera dixit:
Non habet in fœlix.
Nn citius frondes autũni frigore tactas:
Iamqz male hærentes alta rapit arbore ventus:
Quàm sunt membra viri manibus direpta nefandis.
Ex.iiii.lib.Ex fa.iii.Pirami & Thysbes cruore. Arbor morus poma que alba gerebat in nigrum vertit colorem.
EX æquo captis ardebant mentibus ambo M
Conscius omnis abest:nutu signisqz loquuntur
Quoqz magis tegitur:tectus magis æstuat ignis.
Callida per tenebras versato cardine Thysbæ N
Egreditur:fallitqz suos:adopertaqz vultum
Peruenit ad tumulum.dictaqz sub arbore sedit
Audacem faciebat amor:
Timidi est optare necem. O
Ex fa.vi.Daphnis pastor in saxum mu.
Pars omnia veros P
Posse deos memorant.
Ex fa.xii.Athamas & eius vxor in insanos mu.
Fas est & ab hoste doceri. Q
Est via decliuis:funesta nubila taxo R
Ducit ad infernas.per muta silentia sedes.
Styx nebulas exalat iners:vmbræqz recentes
Descendunt illac:simulacbraqz functa sepulcbris
Pallor hyemsqz tenent late loca senta:nouiqz
Qua sit iter:manes stygiam quod ducat ad vrbem
Ignorant:vbi sit nigri fera regia ditis.

¶ Mille capax aditus: & apertas vndiq3 portas
Vrbs habet. Vtq3 fretum de tota flumina terra
Sic omnes animas locus accipit ille. Nec vlli
Exiguus populo est: turbãue accedere sentit
Extant exangues sine corpore: & ossibus vmbra:
¶ Parsq3 forum celebrant: pars imi tecta tyranni
Pas aliquas artes antiquæ imitamina vitæ
Exercent: aliam partem sua pœna coercet.
S Viscera præbebat tychius lanianda: nouemq3
T Iugeribus distractus erat. ¶ Tibi Tantale nullæ
Deprehenduntur aquæ: quæq3 imminet effugit arbor.
V Aut petis: aut vrges rediturum Sisyphe saxum.
X Voluitur Ixion: & se: sequiturq3: fugitq3
A Molliriq3 suis letum patruelibus ausæ
Assidue repetunt: quas perdunt belides vndas.
Ex fabula. xviii.
B Ad opem breuis hora ferenda est
Ex fa. xix. Crines Medusæ in serpentes mutat.
C Quoniam scitaris digna relatu
Accipe quæsiti causam
Ex. v. li. Ex fa. i. Phineus & eius socii in saxũ mu.
D GOnanti mittere Cepheus
Quid facis exclamat. quæ te germane furentem
Mens agit in facinus. meritis ne hæc gratia tantis
Redditur: hac vitam seruatæ dote rependis.
E Tum vero indomitas ardescit vulgus in iras
Telaq3 coniciunt:
Nihil o fortissime præter
Hanc animam concede mihi. tua cætera sunto.
Ex fa. viii. Arethusa in fontem sui nois mutata
G Sed quuis formæ nunq̃ mihi fama petita est
Quamuis fortis eram formosæ nomen habebam

Nec mea me facies nimium laudata iuuabat:
Quaqȝ aliæ gaudere solent:ego rustica dote
Corporis erubui:crimenqȝ placere putaui.
Quid mihi tunc animi miseræ fuit: Anne quod agna est H
Si qua lupos audit circum stabula alta frementes.
Aut lepori.qui vepre latens hostilia cernit
Ora canum:nullos audet dare corpore motus:
Occupat obsessos sudor mihi frigidus artus:
Ceruleaqȝ cadunt toto de corpore guttæ.
Ex.vi.li.Ex fa.i.Aragne in araneam mu.
Non illa loco:neqȝ origine gentis I
Clara:sed arte fuit.
Lidias tamen illa per vrbes
Quæsierat studio nomen memorabile quāuis
Orta domo parua:paruis habitabat hipepis.
Non omnia grandior ætas K
Quæ fugiamus habet:seris venit vsus ab annis.
Ex fa.ii.Niobe in lapidem mutata.
Sum fœlix,quis enim neget hoc.fœlixqȝ manebo L
Hoc quoqȝ quis dubitet.tutam me copia fecit:
Maior sum:ꝙ cui possit fortuna nocere
Ex fa.iii.Agrestes liciæ in ranas mutati.
Accessit positoqȝ genu titania terram M
Pressit:vt hauriret gelidos potura liquores
Rustica turba vetat dea sic affata vetantes.
Quid prohibetis aquas.vsus communis aquarum est.
Nec solem proprium natura:nec aera fecit
Nec tenues vndas:ad publica munera veni
Quæ tamen vt detis:supplex peto. ¶ Non ego nostros N
Abluere hic artus:lassataqȝ membra parabam:
Sed releuare sitim.caret os humore loquentis:
Et fauces arent.vixqȝ est via vocis in illis.

O Haustus aquæ mihi nectar erit: vitamqꝫ fatebor
Accepisse simul. vitam dederitis in vndis.
Ex fa.vi.progne in hirundinem.philo.eius soror in phil.mu.
P Et nihil est quod non effræno captus amore
Ausit. ¶ Nec capiunt inclusas pectora flammas.
Q Os mutum facti caret indice grande doloris
Ingenium est miserisqꝫ venit solertia rebus
Ex li.vii.Ex fa.i.Dentes draconis in homines mu.
R COncipit interea validos oetias ignes
Et luctata diu postqꝫ ratione furorem
Vincere non poterat frustra medea repugnans
Nescio quis deus obstat ait: mirumqꝫ quid hoc est
Aut aliquid certe simile huic: quod amare vocatur
¶ Excute virgineo conceptas pectore flammas
Si potes infælix: si possem sanior essem
Sed trahit inuitam noua vis. aliudqꝫ cupido:
Mens aliud suadet. video meliora proboqꝫ.
Deteriora sequor:
S Dii meliora velint quamqꝫ non ista precanda
Sed facienda mihi:
T Quin aspice quantum.
Aggrediare nefas: & dum licet effuge crimen
Dixit: & ante oculos rectum pietasqꝫ pudorqꝫ
Constiterant: & victa dabat iam terga cupido
V Quid faciam video: nec me ignorantia veri
Decipiet sed amor seruabere munere nostro
Ex fab.xxiiii.Scyron in petram mutatus
X Vsqꝫ adeo nulla est sincera voluptas:
Sollicitumqꝫ aliquid lætis interuenit:
Ex Fa.i.viii.li.Scylla nisi regis filia in auem cirin mu.
A SExta resurgebant orientis cornua lunæ:
Et pendebat adhuc belli fortuna diuqꝫ

Inter vtrumqꝫ volat dubiis victoria pennis
Sibi quiſqꝫ profecto B
Eſt deus ignauis precibus fortuna repugnat:
Talia dicenti curarum maxima nutrix C
Nox interuenit:tenebriſqꝫ audacia creuit
Prima quies aderat:qua curis feſſa diurnis
Pectora ſomnus habet thalamos taciturna paternos
Intrat & (heu facinus) fatali nata parentem
Crine ſuum ſpoliat predaqꝫ potita nefanda
Fert ſecum ſpolium ſceleris progreſſaqꝫ porta
Per medios hoſtes (meriti fiducia tanta eſt)
Peruenit ad regem quem ſic affata pauentem eſt
Suaſit amor facinus proles ego regia niſi
Scylla tibi trado:patriamqꝫ:meoſqꝫ penates
Præmia nulla peto niſi te cape pignus amoris
Purpureum crinem:nec me nunc tradere crinem
Sed patrium tibi crede caput ſcelerataqꝫ dextra
Munera porrexit. ¶ Minos porrecta refugit: D
Turbatuſqꝫ noui reſpondit imagine facti
Dii te ſummoueant o noſtri infamia ſæcli
Orbe ſuo:telluſqꝫ tibi:pontuſqꝫ negetur.

Ex fa.iii.Icarus Dedali filius in mare decidit

Poſtq̄ manus vltima cœpto E
Impoſita eſt:geminas opifex librauit in alas.
Ipſe ſuum corpus:motaqꝫ pependit in aura
Inſtruit & natum:medioqꝫ:vt limite curras
Icare ait moneo ne ſi demiſſior ibis
Vnda grauet pennas:ſi celſior ignis adurat
Inter vtrumqꝫ vola:
Cum puer audaci cœpit gaudere volatu F
Deſeruitqꝫ ducem:cœliqꝫ cupidine tactus
Altius egit iter rapidi vicinia ſolis

Mollit odoratas pennarum vincula ceras.
Tabuerant cera nudos quatit ille lacertos:
Remigioq; carens: non vllas percipit auras
Oraq; carulea patrium clamantia nomen
Excipiuntur aqua: quæ nomen traxit ab illo.

Ex fa.iiii.Sorores Meleagri in aues mutatæ.

G Flamma Meleagrus ab illa
Vritur: & cæcis torreri viscera sentit
Ignibus: ac magnos superat virtute dolores
¶ Inq; leues abiit paulatim spiritus auras.

H Non mihi si centum deus ora sonantia linguis
Ingeniumq; capax: totumq; helicona dedisset
Tristia prosequerer miserarum dicta sororum.

Ex fa.vii.Iupp.& Mercurius in hominum species mut.

I Immensa est: finemq; potentia cœli
Non habet: ¶ Et quicquid superi voluere: peractũ ẽ

K Sed pia baucis anus: pariliq; ætate pilemon
Illa sunt annis iuncti iuuenilibus: illa
Consenuere casa: paupertatemq; ferendo
Effecere leuem: nec iniqua mente ferendam.

L Super omnia vultus
Accessere boni: nec iners: pauperq; voluntas:

M Membra leuant baculis tardiq; senilibus annis.

N Cura deum dii sint: & qui coluere colantur.

Ex li.vi.ex fa.iii.Licas armiger herculis in scopulum mu.

N FAma loquax peruenit ad aures
Deianira tuas: quæ veris addere falsa
Gaudet: & e minimo sua per mendacia crescit.

Ex fa.ix.Biblis in fontẽ sui nominis mu.

P Deus ipse monebat
Signaq; certa dabat. si non male sana fuissem.

Q Neq; enim est de tygride natus.

Nec rigidos silices: solidumue in pectore ferrum
Aut adamanta gerit. nec lac bibit ille leenæ.
Vincetur. repetendus erit: Nec tedia cœpti R
Vlla mei capiam. dum spiritus iste manebit.
Temerata est nostra voluntas S
Vt nihil adiiciam: non possum innoxia dici:
Quod superest multum est in vota: in crimina paruum.

Ex fa.x. Iphis fœmina & virgo. in masculum mu.

Nec vaccam vaccæ: nec equas amor vrit equarum. A
Vrit oues aries. sequitur sua fœmina taurum:
Sic & aues coeunt interq; animalia cuncta
Fœmina fœmineo correpta cupidine nulla est.
Huc licet e toto solertia confluat orbe: B
Ipse licet reuolet cœratis dædalus alis:
Quid faciet. Num me puerum de virgine doctis
Artibus efficiet. Num te mutabit yanthe.
Diiq; mihi faciles quicquid voluere dederunt
Quodq; ego. vult genitor. socer & vult ipse futurus:
At non vult natura: potentior omnibus istis.

Ex li.x. ex fa.i. Euridice de viua in mortuam & econtra

Per ego hæc loca plena timoris C
Per chaos hoc ingens: vastiq; silentia regni
Euridices oro properata retexite fata.
Omnia debentur vobis paulumq; morati
Serius aut citius: sed in properamus ad vnam
Tendimus huc omnes. hæc est domus vltima: vosq;
Humani generis longissima regna tenetis.
Talia dicentem: neruosq; ad verba mouentem.
Exangues flebant animæ nec tantalus vndam
Captauit refugam. stupuitq; yxionis orbis.
Nec carpsere iecur; volueres. vrnisq; vacarunt
Bellides. Inq; tuo sedisti sisyphe saxo.

Tum primum lacbrymis victarum carmine fama est
Eumenidum maduisse genas. Nec regia coniunx
Sustinet oranti. Nec qui regit ima negare:
Euridicemqz vocant: vmbras erat illa recentes
Inter & incessit passu de vulnere tardo:
Hanc simul & legem Rhodopeius accipit heros
Ne flectat retro sua lumina: donec auernas
Exierit valles: aut irrita dona futura
D Hic ne deficeret metuens: auidusqz videndi
Flexit amans oculos. Et protinus illa relapsa est.
Brachiaqz intendens: prendiqz: & prendere captans
Nil nisi cedentes: infœlix arripit auras
Ex fa. ix. Myrrha in arborem sui nominis mutata.
E Ire libet procul hinc patriaqz relinquere fines
Dum scelus effugiam retinet malus ardor amantem
F Noctis erat medium: curasqz: & corpora somnus
Soluerat: at virgo cinyreia prouigil igne
Carpitur indomito. furiosaqz vota retractat
Et modo desperat: modo vult temptare: pudetqz
Et cupit: & quid agat non inuenit vtqz securi
Saucia trabs ingens vbi plaga nouissima restat
Quo cadat in dubio est: omniqz a parte timetur
Sic animus vario labefactus vulnere nutat
Huc leuis: atqz illuc: momentaqz sumit vtroqz.
¶ Nec modus: & requies: nisi mors reperitur amoris
G O si qua pateris
Numina confessis merui: nec triste recuso
Supplicium.
¶ Numen confessis aliquod patet
Ex fa. x. Eiusdem.
H Labitur occulte: fallitqz volatilis ætas:
Et nihil est annis velocius

Inquit. In audaces non est audatia tuta: I
Ex fa.xi. Ipomenes & Atlanta in leones mutati
Audentes deus ipse iuuat. K
Ex li.xi. Ex fa.iii. Midæ manu regis tacta in aurum mut.
HVic deus optanti gratum: sed inutile fecit L
Muneris arbitrium: gaudens altore recepta
Ille male vsurus donis ait: effice quicquid
Corpore contigero: fuluum vertatur in aurum
Annuit optatis: nociturasqz munera soluit
Liber: & indoluit quod non meliora petisset
Lætus abit: gaudetqz malo Berecinthius heros M
Pollicitiqz fidem tangendo singula tentat
Tum vero siue ille sua cerealia dextra
Munera contigerat: cerealia dona rigebant
Siue dapes auido conuellere dente parabat
Lamina fulua: dapes admoto dente rigebant.
Attonitus nouitate mali: diuesqz miserqz N
Effugere optat opes: & quæ modo vouerat: odit:
Copia nulla famen releuat: sitis arida guttur
Vrit & inuiso meritus torquetur ab auro:
Ad cœlumqz manus: & splendida brachia tollens O
Da veniam lenæe pater (peccauimus) inquit:
Sed miserere precor: speciosoqz eripe damno
Mitte deum numen bacchus: peccasse fatentem P
Restituit: factiqz fide data munera soluit
Ex fa.viii. Dædalion in Accipitrem mutatus
Nascitur Autolicus: furtum ingeniosus ad omne Q
Qui facere assuerat patriæ non degener artis
Candida de nigris: & de candentibus atra.
Ex fa.ix. Lupus in saxum mutatus
Sed mora damnosa est: nec res dubitare remittit R
Dum superest aliquid: cuncti coeamus ad arma

Ex fa.x.Ceix.& Alcione vxor eius in aues marinas mut:

S Aspera crescit hyems omniqз a parte feroces.
Bella gerunt venti fretaqз indignantia miscent
Hic votis numen adorat

Ex lib.xii.Ex fa.iii. Cygnus in auem sui nominis mutatus

T Orbe locus medium est:inter terrasqз fretumqз:
Cœlestesqз plagas:triplici confinia mundi
Vnde quod est vsqз:quamuis regionibus absit
Inspicitur.penetratqз cauas vox omnis ad aures
Fama tenet:summaqз locum sibi legit in arce:
Innumerosqз aditus:ac mille foramina tectis
Addidit:& nullis inclusit limina portis
Nocte:dieqз pater tota est ex are sonanti
Tota fremit:vocesqз refert:iteratqз quod audit
Nulla quies intus:nullaqз silentia parte:
Nec tamen est clamor:sed paruæ murmura vocis
Atria turba tenet veniunt leue vulgus:euntqз
Mixtaqз cum veris:passim commenta vagantur
Millia rumorum:confusaqз verba volutant
E quibus hi vacuas implent sermonibus aures
Hi narrata ferunt alio mensuraqз ficti
Crescit.& auditis aliquid nouus adiicit auctor
Ipsa quid in cœlo rerum:pelagoqз geratur
Et tellure videt.totumqз inquirit in orbem

Ex.xiii.lib.Ex oratione Aiacis contra vlyxem ob Achillis arma obtinenda.

M Eacus huic pater est:qui iura silentibus illic
Reddit vbi æolidem saxum graue.Sisyphon vrget
A Aspiciunt oculis superi mortalia iustis
B Et eget auxilio:qui non tulit:vtqз reliquit
Sic linquendus erat:legem sibi dixerat ipse:
C Deniqз quid verbis opus est spectemur agendo.

Ex vlixis responsiua in Alacem

Finierat thelamone satus. vulgiqꝫ secutum D
Vltima murmur erat: donec laertius heros
Astitit: atqꝫ oculos paulum tellure moratos
Sustulit ad proceres: expectataqꝫ resoluit
Ora sono: neqꝫ adest facundis gratia dictis.
Nam genus: & proauos: & quæ non fecimus ipsi: E
Vix ea nostra voco:
Proposita arma peto: meritis expendite causam.
Nec sanguinis ordo.
Sed virtutis honos spoliis quæratur in istis.
Ergo operum quoniam nudum certamen habetur. F
Plura quidem feci: q̄ quæ comprehendere dictis
In promptu mihi sit: rerum tamen ordine ducar
Præscia venturi genitrix nereia leti H
Dissimulat cultu natum. & deceperat omnes
In quibus alacem sumptæ fallacia vestis
Arma ego fœmineis animum motura virilem
Mercibus inserui: neqꝫ adhuc proiecerat heros
Virgineos habitus. cum parmam: hastamqꝫ tenenti
Nate dea dixi tibi se peritura reseruant
Pergama: quid dubitas ingentem euertere troiam:
Inieciqꝫ manum: fortemqꝫ ad fortia misi
Ergo opera illius mea sunt:
Atqꝫ alios taceam: qui saeuum perdere posset
Hectora nempe dedi. per me iacet inclytus hector.
Quid tamen hoc refert si se pro classe pelasga
Arma tulisse refert contra troasqꝫ. iouemqꝫ:
Confiteorqꝫ tulit. Neqꝫ enim benefacta maligne
Detractare meum est modo ne communia solus
Occupet: atqꝫ aliquem vobis quoqꝫ reddat honorem:
Desine tytidem. vultuqꝫ: & murmure nobis K

Ostentare meum. pars est sua laudis in illo.
Nec tu cum socia clipeum pro classe tenebras
Solus. erat tibi turba comes: mihi contingit vnus:
Qui nisi pugnacem sciret sapiente minorem
Esse: nec indomitæ deberi præmia dextræ
Ipse quoqꝫ hæc peteret: peteret moderatior aiax
Euripidusqꝫ ferox. claroqꝫ andremone natus
Nec minus: idomeneus: patriaqꝫ creatus eadem:
Meriones: peteret maioris frater attridæ
Quippe manu fortes: non sunt tibi marte secundi
Conciliis cessere meis: tibi dextera bello
Vtilis. ingenium est quod eget moderamine nostro.
Tu vires sine mente geris. mihi cura futuri est.
Tu pugnare potes. pugnandi tempora mecum
Eligit atrides: tu tantum corpore prodes:
Nos animo. quantoqꝫ ratem qui temperat ante it
Remigis officium: quanto dux milite maior:
Tantum ego te supero: nec non in corpore nostro
Pectora sunt potiora manu. vigor omnis in illis:
At vos o proceres vigili date præmia vestro:
Proqꝫ tot annorum curis: quibus anxius egi
Hunc titulum meritis pensandum reddite nostris.
Iam labor in fine est. obstantia fata remoui:
Altaqꝫ posse capi faciendo: pergama cœpi.
Per spes nunc socias: casuraqꝫ mœnia troum:
Perqꝫ deos oro.
Este mei memores: aut si mihi non datis arma
Huic date. & ostendit signum fatale mineruæ:
M Mota manus procerum est: & quid facundia posset
Tunc patuit: fortisqꝫ viri tulit arma disertus:
Aiacis Cruor in florē purpureū y acinto similē mu
N Hectora qui solus: qui ferrum: ignemqꝫ iouemqꝫ

Sustinuit totiens vnam non sustinet iram:
Inuictumqꝫ virum vicit dolor. arripit ensem
Et meus hic certe est: an & hunc sibi posset vlixes?
Hoc ait vtendum est in me mihi: quiqꝫ cruore
Sæpe phrygum maduit: domini nunc cæde madebit.
Ne quisꝙ aiacem possit superare: nisi aiax
Dixit & in pectus tum demum vulnera passum
Qua potuit ferro lætalem condidit ensem:
Nec valuere manus infixum educere telum
Expulit ipse cruor: rubefactaqꝫ sanguine tellus
Purpureum viridi genuit de cespite florem

Ex fa.it. Hecuba priami vxor in canem mu.

Priameia coniunx
Perdidit infœlix hominis post omnia formam:
Externasqꝫ nouo latratu terruit auras.
Est vbi troia fuit: phrygiæ contraria tellus P
Bistoniis habitata viris. Polynestoris illic
Regia diues erat: cui te commisit alendum
Clam polydore pater phrygiisqꝫ remouit ab armis
Consilium sapiens: sceleris: nisi præmia magnas
Adiecisset opes: animi irritamen auari.
Vt cecidit fortuna phrygum: capit impius ensem
Rex tracum: iuguloqꝫ sui defixit alumni.
Fortis & infœlix & plusꝙ fœmina virgo Q
Ducitur ad tumulum diroqꝫ fit hostia busto
Vtere iam dudum generoso sanguine dixit
Mors tantum vellem matrem mea fallere posset
¶ Mater obest: minuitqꝫ necis mihi gaudia quãuis
Non mea mors illi: verum sua vita gemenda est
Aspicit eiectum polydori in littore corpus: R
Factaqꝫ traiectis ingentia vulnera telis
Troades exclamant: & obmutuit illa dolores

Et pariter vocem: lacbrymasq; introrsus abortas.
Deuorat ipse dolor: duroq; simillima saxo
Torpet & aduersa figit modo lumina terra.
Interdum toruos extollit ad æthera vultus:
Nunc positi spectat vultum: nunc vulnera nati
Vulnera præcipue: seq; amat. & instruit ira:
Qua simul exarsit: tanq̃ regina maneret
Vlcisci statuit: pœnæq; in imagine tota est:
Vtq; furit catulo lactante orbata leæna:
Signaq; nacta pedum sequitur quem non videt hostē
Sic becuba postq̃ cum luctu miscuit iram
Non oblita animorum annorum oblita suorum
Vadit ad artificem dyræ polynestora cædis
Colloquiumq; petit nam se monstrare relictum
Velle latens illi quod nato redderet aurum
Credidit odrisius prædaq; assuetus amore
In secreta venit. tum blando callidus ore
Tolle moras becuba. dixit da munera nato.
Omne fore illius quod das quod & ante dedisti
Per superos iuro Spectat truculenta loquentem
Falsaq; iurantem. tumidoq; exæstuat ira
Atq; ita correpto captiuarum agmina matrum
Inuocat & digitos in perfida lumina condit
Expilatq; genis oculos facit ira potentem.
Clade sui tracum gens irritata tyranni
Troada telorum lapidumq; incessere iactu
Cœpit At hæc missum rauco cum murmure saxum
Morsibus insequitur rictuq; ad verba parato
Latrauit conata loqui

Ex fa. iiii. Anii sacerdotis filiæ in columbas mu.

Non tamen euersam troiæ cum mœnibus esse
Spem quoq; fata sinunt sacra & sacra altera patrem

Fert humeris (venerabile onus) cithereius heros.
De tantis opibus predam pius eligit illam:
Ascaniumqз suum:
Ex fa.vii. Acis in flumen sui nominis mu.
Nec mea quod duris horrent densissima setis A
Corpora turpe puta. turpis sine frondibus arbor.
Turpis equus: nisi colla iubæ flauentia velent.
Pluma tegit volucres: ouibus sua lana decori est.
Barba viros: hirtæqз decent in corpore setæ
Tantum miserere precesqз I
Supplicis exaudi: tibi enim succumbimus vni.
Ex.xiiii.li. Ex fa.iiii. Sibylla in vocem mu.
Dne tamen troiane metum potiere petitis: C
Elisiasqз domos: & regna nouissima mundi
Me duce cognosces: simulacraqз chara parentis
Inuia virtuti nulla est via:
Paruit Aeneas: & formidabilis orci I
Vidit opes: atauosqз suos:
Sed iam fœlicior ætas E
Terga dedit: tremuloqз gradu venit ægra senectus.
Ex fa.ix. Canēs pici vxor in lachrymas cōsumpta est.
Carmina iam moriens canit exequialia cygnus. F
Ex fa.x. socii diomedis in aues mu.
At Agmon G
Feruidus ingenio: tum vero: & cladibus asper:
Quid superest: quod iam patientia nostra recuset
Ferre viri dixit. Quid habet cytharea quod vltra
(Velle puta) faciat. Nam dum peiora timentur:
Est locus in voto. ¶ Sors autem vbi pessima rerum est:
Sub pedibus timor est: securaqз summa malorum.
Ex fa.xv. Aeneas in deum mu.
Quicquid in Aenea fuerat mortale repurgat

Et resperfit aquis pars optima restitit illi
Lustratum genitrix diuino corpus odore
Vnxit & ambrosia cum dulci nectare mixta:
Contigit os: fecitqз deum quem turba quirini
Nuncupat indigetem temploqз arisqз recepit.
Ex fa.xvi. Vertũnus in varias figuras mu.
I Salus virginei flos intemerate pudoris:
K Quoqз magis timeas & enim mihi multa vetustas
Scire dedit referam tota notissima cipro
Facta: quibus flecti facile: & mitescere possis
Ex fa.xviii. Romulus post mortẽ dictus Quirinus:
L Taciusqз: patresqз sabini
Bella gerunt arcisqз via tarpeia reclusa
Dignam animam pœna congestis exuit armis
¶ Ex.xv.li. Ex fa.ii. Animæ in varia trãsmigrare corpa dicũtur.
M Vir fuit hic ortu samius. sed fugerat vna
Et samon & dominos: odioqз tyrannidis exul
Sponte erat. isqз licet cœli regione remotus:
Mente deos adiit. & quæ natura negabat
Visibus humanis: oculis ea pectoris hausit.
N Primusqз animalia mensis
Arguit imponi: primus quoqз talibus ora
Docta quidem soluit: sed non & credita verbis
Parcite mortales dapibus temerare nefandis
Corpora: sunt fruges:
Heu quantum scelus est in viscere viscera condi:
Congestoqз auium pinguescere corpore corpus:
Alteriusqз animantẽ: animãtis viuere læto.
Ex fa.iii. Pythagoras aliquando Euphorbius
O O genus attonitum gelidæ formidine mortis:
Quid stygia: quid tenebras: & noĩa vana timetis.
Materiem vatum: falsiqз pericula mundi.

Corpora siue rogus flamma: seu tabe vetustas
Abstulerit: mala posse pati non nulla putetis:
Morte carent animæ semperqȝ priore relicta
Sede: nouis domibus viuunt: habitantqȝ receptæ.
Ipse ego nom memini troiani tempore belli
Panthoides euphorbus eram:
Omnia mutantur nihil interit/errat: & illinc
Huc venit: hinc illuc & quoslibet occupat artus
Spiritus eqȝ feris humana in corpora transit:
Inqȝ feras noster. nec tempore deperit vllo.
Vtqȝ nouis facilis signatur cæra figuris
Nec manet/vt fuerat: nec formas seruat easdem.
Sed tamen ipsa eadem est: animam sic semper eandem
Esse: sed in varias doceo migrare figuras
¶ Ergo ne pietas sit victa cupidine neutris
Parcite (vaticinor) cognotas cæde nefanda
Exturbare animas: ne sanguine sanguis alatur.
Et quoniam magno feror æquore: planaqȝ ventis P
Vela dedi nihil est toto quod perstet in orbe.
Cuncta fluunt omnisqȝ vagans formatur imago
Ipsa quoqȝ assiduo labuntur tempora motu.
Non secus ac flumen: neqȝ enim consistere flumen:
Nec leuis hora potest sed vt vnda impellitur vnda:
Vrgeturqȝ eadem veniens: vrgetqȝ priorem:
Tempora sic fugiunt pariter: pariterqȝ sequuntur
Et noua sunt semper nam quod fuit ante relictum est
Fitqȝ: quod haud fuerat: momentaqȝ cuncta nouantur.
Quid non in species succedere quattuor annum Q
Aspicitis: ætatis peragentem imitamina nostræ.
Nam tener: & lactens: pueriqȝ simillimus æuo
Vere nouo est: tunc herba recens: & roboris expers
Turget: & insolida est: & spe delectat agrestes.

Omnia tunc florent: florumq; coloribus almus
Ludit ager: neq; adhuc virtus in frondibus vlla est.
R Transit in æstatem post ver robustior annus:
Fitq; valens iuuenis: neq; enim robustior ætas
Vlla: nec vberior: nec quæ magis ardeat vlla est.
S Excipit autumnus: posito feruore iuuenta
Maturus: mitisq;: inter iuuenemq;: senemq;
Temperie medius: sparsus quoq; tempora canis.
T Inde senilis hyems tremulo venit horrida passu:
Aut spoliata suos: aut quos habent alba capillos:
A Nostra quoq; ipsorum: semper requieq; sine vlla
Corpora vertuntur: nec quod fuimusue: sumusue
Cras erimus:
B Editus in lucem iacuit sine viribus infans:
Mox quadrupes, rituq; tulit sua membra ferarum
Paulatimq; tremens: & nondum poplite firmo
Constitit adiutis aliquo conamine neruis.
Inde valens veloxq; fuit: spaciumq; iuuentæ
Transit & emeritis medii quoq; temporis annis
Labitur occiduæ per iter decliue senectæ
Subruit hæc: æui demoliturq; prioris
C Robora. ¶ Fletq; milon senior cum spectat inanes
Illos qui fuerant solidarum more ferarum
Herculeis similes fluidos pendere lacertos.
D Flet quoq; vt in speculo rugas aspexit aniles
Tindaris: & secum cur sit bis rapta requirit.
E Tempus edax rerum: tuq; inuidiosa vetustas
Omnia destruitis: Vitiataq; dentibus æui
Paulatim lenta consumitis omnia morte.

Ex fa.iiii. De elementorum transmutatione.

F Quattuor æternus genitalia corpora mundus
Continet. ex illis duo sunt onerosa: suoq;

Pondere in inferius tellus atq; vnda feruntur:
Et totidem grauitate carent nulloq; premente
Alta petunt aer atq; aere purior ignis
Quæ quanq; spatio distant tamen omnia fiunt G
Ex ipsis & in ipsa cadunt resolutaq; tellus
In liquidas rarescit aquas tenuatur in auras
Aeraq; humor abit dempto quoq; pondere rursus
In superos aer tenuissimus emicat ignes
Inde retro redeunt idemq; retexitur ordo
Ignis enim densum spissatus in aera transit
Hic in aquas tellus glomerata cogitur vnda.
Nec species sua cuiq; manet rerumq; nouatrix H
Ex aliis alias reparat natura figuras
Nec perit in toto quicq; (mihi credite) mundo I
Sed variat faciemq; nouat. ¶ Nasciq; vocatur
Incipere esse aliud q; quod fuit ante. ¶ Moriq;
Desinere illud idem. ¶ Cum sint huc forsitan illa
Hæc translata illuc summa tamen omnia constant
Nil equidem durare diu sub imagine eadem
Crediderim. ¶ Sic ad ferrum venistis ab auro
Sæcula. Sic totiens versa est fortuna locorum
Vidi ego quod fuerat quondam solidissima tellus
Esse fretum vidi factas ex æquore terras
Ex fa. xxxvii. Vnica phœnix post sui cōbustionē aliā pereat
Hæc tamen ex aliis generis primordia ducunt L
Vna est quæ reparet seq; ipsa resemi net ales
Assirii phœnica vocant non fruge nec herbis
Sed thuris lachrymis & suco viuit amomi
Hæc vbi quinq; suæ compleuit sæcula vitæ
Ilicis in ramis tremulæq; cacumine palmæ
Vnguibus & puro nidum sibi construit ore
Quo simulac casias & nardi leuis aristas

Quassaqz cum fulua substrauit cinama mirra
Se super imponit: finitqz in odoribus æuum.
Inde ferunt totidem qui viuere debeat annos
Corpore de patrio paruum phœnica renasci.

Ex fa.xlii. Gentium & rerum mutatio.

M Desinet ante dies: & in alto phœbus anhelos
Equore tinget equos q̃ consequar omnia dictis
In species translata nouas. ¶ Sic omnia verti
Cernimus: atqz alias assumere robora gentes:
Concidere has. ¶ Sic magna fuit censuqz virisqz
Perqz decem potuit tantum dare sanguinis annos
Hunc humilis: veteres tantummodo troia ruinas
Et pro diuitiis tumulos ostendit auorum:
Clara fuit sparte: magnæ viguere mycenæ:
Nec non & cicropis: nec non amphionis arces
Vile solum sparte est alta cecidere mycenæ:
Aedipodioniæ quid sunt: nisi nomina thebæ.
Quid pandioniæ restant: nisi nomen athenæ

Ex fa.xliii. Numæ Pompilii dogma.

N Nos quoqz pars mundi. quoniam non corpora solum
O Verum etiam volucres animæ sumus. ¶ Inqz ferinas
Possumus ire domos: pecudumqz in corpora condi
Corpora: quæ possunt animas habuisse parentem:
Aut fratrum: aut aliquo iunctorum fœdere nobis:
P Aut hominum certe: ¶ Tuta esse: & honesta sinamus.
Ne ve thiesteis cumulemus viscera mensis
Ora vacent epulis alimentaqz mitia carpant:

Ex fa.xliiii. Reditus Numæ in patriam

Q Quotiens flenti Theseius heros
Siste modum dixit. Nec.n. fortuna querenda
Sola tua est. Similes aliorum respice casus:
Mitius ista feres: vtinamqz exempla dolentem

Non mea te possent releuare: sed & mea possimt

Ex fa.xlix. Cipi frons cornuta.

Tu modo rumpe moram: portasq; intrare patentes R
Appropera. sic fata iubent: namq; vrbe receptus
Rex eris: & sceptro tutus potiere perenni.
Rettulit ille pedem: toruamq; a mœnibus vrbis
Auertens faciem: procul ah procul omnia dixit
Talia dii pellant: multoq; ego iustius æuum
Exul agam: q̃ me videant capitolia regem.

Ex fa.i. Esculapius in serpentem mu.

Cognouit numina castus S
Euinctus vitta crines albente sacerdos.
En deus est deus. animis: linguisq; fauete
Quisquis adest: dixit:

Auctoris epilogatio de opere suo.

Iamq; opus exegi: quod nec Iouis ira nec ignis T
Nec poterit ferrum: nec edax abolere vetustas:
Cum volet illa dies: quæ nil nisi corporis huius
Ius habet: incerti spacium mihi finiat æui
Parte tamen meliore mei super alta perenni
Astra ferar. nomenq; erit indelebile nostrum
Quaq; patet domitis romana potentia terris
Ore legar populi: per quæ omnia sæcula fama
(Si quid habent veri vatum præsagia) viuam.

Ex libris Fastorum. P. O. N. Ex li.i. flores electi.

ANnue conanti per laudes ire tuorum. A
Deq; meo pauidos excute corde metus:
Da mihi te placidum: dederis in carmina vires
Ingenium vultu statq; caditq; tuo.
Prospera lux oritur. linguis: animisq; fauete: B
Nunc dicenda bono: sunt bona verba die.
Lite vacent aures: insanaq; protinus absint

Quassaq; cum fulua substrauit cinama mirra
Se super imponit: finitq; in odoribus æuum.
Inde ferunt totidem qui viuere debeat annos
Corpore de patrio paruum phœnica renasci.
Ex fa.xlii. Gentium & rerum mutatio.
M Definet ante dies: & in alto phœbus anhelos
Equore tinget equos quam consequar omnia dictis
In species translata nouas. ¶ Sic omnia verti
Cernimus: atq; alias assumere robora gentes:
Concidere has. ¶ Sic magna fuit censuq; virisq;
Perq; decem potuit tantum dare sanguinis annos
Hunc humilis: veteres tantummodo troia ruinas
Et pro diuitiis tumulos ostendit auorum:
Clara fuit sparte: magnæ viguere mycenæ:
Nec non & cicropis: nec non amphionis arces
Vile solum sparte est alta cecidere mycenæ:
Aedipodioniæ quid sunt: nisi nomina thebæ.
Quid pandioniæ restant: nisi nomen athenæ
Ex fa.xliii. Numæ Pompilii dogma.
N Nos quoq; pars mundi. quoniam non corpora solum
O Verum etiam volucres animæ sumus. ¶ Inq; ferinas
Possumus ire domos: pecudumq; in corpora condi
Corpora: quæ possint animas habuisse parentem:
Aut fratrum: aut aliquo iunctorum fœdere nobis:
P Aut hominum certe: ¶ Tuta esse: & honesta finamus.
Ne ve thiesteis cumulemus viscera mensis
Ora vacent epulis alimentaq; mitia carpant:
Ex fa.xliiii. Reditus Numæ in patriam
Q Quotiens flenti Theseius heros
Siste modum dixit. Nec.n. fortuna querenda
Sola tua est. Similes aliorum respice casus:
Mitius ista feres: vtinamq; exempla dolentem

Non mea te possent releuare: sed & mea possunt

Ex fa.xlix. Cipi frons cornuta.

Tu modo rumpe moram: portasq; intrare patentes R
Appropera. sic fata iubent: namq; vrbe receptus
Rex eris: & sceptro tutus potiere perenni.
Rettulit ille pedem: toruamq; a mœnibus vrbis
Auertens faciem: procul ah procul omnia dixit
Talia dii pellant: multoq; ego iustius æuum
Exul agam: q̄ me videant capitolia regem.

Ex fa.i. Esculapius in serpentem mu.

Cognouit numina castus S
Euinctus vitta crines albente sacerdos.
En deus est deus. animis: linguisq; fauete
Quisquis adest: dixit:

Auctoris epilogatio de opere suo.

Iamq; opus exegi: quod nec Iouis ira nec ignis T
Nec poterit ferrum: nec edax abolere vetustas:
Cum volet illa dies: quæ nil nisi corporis huius
Ius habet: incerti spacium mihi finiat æui
Parte tamen meliore mei super alta perenni
Astra ferar. nomenq; erit indelebile nostrum
Quaq; patet domitis romana potentia terris
Ore legar populi: per quæ omnia sæcula fama
(Si quid habent veri vatum præsagia) viuam.

Ex libris Fastorum. P. O. N. Ex li.i. flores electi.

ANnue conanti per laudes ire tuorum. A
Deq; meo pauidos excute corde metus:
Da mihi te placidum: dederis in carmina vires
Ingenium vultu statq; caditq; tuo.
Prospera lux oritur. linguis animisq; fauete: B
Nunc dicenda bono: sunt bona verba die.
¶ Lite vacent aures: insanaq; protinus absint

Iurgia: differt opus liuida turba tuum.
C Salue festa dies: meliorq; reuertere semper.
A populo rerum digna potente coli
D Tum sacer ancipiti mirandus imagine Ianus
Bina repente oculis obtulit ora meis.
E Extimui: sensiq; metu riguisse capillos:
Et gelidum subito frigore pectus erat.
F Ille tenens baculum dextra: clauemq; sinistra
Aedidit os nobis ore priore sonos.
Disce metu posito vates operose dierum:
Quod petis: & voces percipe mente meas.
G Me Chaos antiqui: nam sum res prisca vocabant
Aspice quam longi temporis acta canam.
Lucidus hic aer: & quae tria corpora restant
Ignis: aqua: & tellus vnus aceruus erant:
Vt simul haec rerum secessit lite suarum:
Inq; nouas abiit massa soluta domos.
H Altum flamma petit: proprior locus aera cepit:
Sederunt medio terra fretumq; loco
I Vix ego saturno quemquam regnante videbam
Cuius non animo dulcia lucra forent
Tempore creuit amor: qui nunc est summus habendi.
Vix vltra quo iam progrediatur: habet.
Pluris opes nunc sunt: quam prisci temporis annis
Dum populus pauper: dum noua roma fuit.
At postquam fortuna loci caput extulit huius:
Et tetigit summos vertice roma deos:
Creuerunt & opes: & opum furiosa libido:
Et cum possideant plurima: plura petunt
Quaerere vt absumant: absumpta requirere cernant
Atq; ipse vitiis sunt alimenta vices.
Sic quibus intumuit suffusa venter abunda:

Quo plus sunt pote:plus sitiuntur aque.
In precio precium nunc est:dat census honores: K
Census amicitias:pauper vbiqz iacet.
Laudamus veteres:sed nostris vtimur annis. L
Nondum iusticiam facinus mortale fugarat. M
Vltima de superis:illa reliquit humum:
Proqz metu populum sine vi pudor ipse regebat.
Nullus erat iustis reddere iura labor.
Quis vetat & stellas:vt queqz oriturqz.caditqz N
Dicere.promissi pars fuit illa mei:
Fœlices anime:quibus hec cognoscere primum:
Inqz domos superas scandere cura fuit.
Credibile est illos pariter:vitiisqz iocisqz
Altius humanis exeruisse caput.
Non Venus:& vinum sublimia pectora fregit:
Officiumqz fori militieqz labor.
Nec leuis ambitio:perfusaqz gloria fuco
Magnarum ve fames sollicitauit opum.
Admouere oculis distantia sidera nostris:
Aetheraqz ingenio supposuere suo.
Sic petitur cœlum:non vt ferat ossan olympus:
Summaqz pellacus sidera tangat apex.
Fastus inest pulchris:sequiturqz superbia formam. O
Cui genitrix flenti:fortuna viriliter inquit P
(Siste puer lacbrymas)ista ferenda tibi est.
Sic erat in fatis:nec te tua culpa fugauit
Sed deus offenso pulsus es vrbe deo.
Nec meriti penam pateris sed numinis iram
Est aliquid magnis crimen abesse malis
Conscia mens vt cuiqz sua est:ita concipit intra Q
Pectora:pro facto spemqz:metumqz suo.
Omne solum forti patria est:vt piscibus equor: R

Vt volucri vacuo quicquid in orbe patet.
S Nec fera tempestas toto tamen errat in anno:
Et tibi: crede mihi: tempora veris erunt
T Frondibus attiacis comptos redimita capillos
Pax ades: & toto mitis in orbe mane.
Dum desunt hostes: desit quoqꝫ causa triumphi.
Tu ducibus bello gloria maior eris

Ex libro Fastorum secundo.

V OMne nefas: omnemqꝫ mali purgamine causam
Credebant nostri tollere posse senes:
Græcia principium moris fuit. illa nocentes.
Impia lustratos ponere facta putat:
Actoridem peleus: ipsum quoqꝫ pelea phoci
Cæde: per hemonias soluit acastus aquas:
Vectam frænatis per inane draconibus ægeus
Credulus: immerita phasida fouit ope
X Ah nimium faciles: qui tristia crimina cædis
Fluminea tolli posse putatis aqua.
A Quod mare non nouit. quæ nescit Ariona tellus.
Carmine currentes ille tenebat aquas.
Nomen arionium siculas impleuerat vrbes
Captaqꝫ erat lyricis ausonis ora sonis
Inde domum repetens puppim conscendit arion:
Atqꝫ ita quesitas arte ferebat opes
Forsitan infœlix ventos. vndasqꝫ timebas.
At tibi mane tua tutius æquor erat.
Namqꝫ gubernator districto constitit ense:
Ceteraqꝫ armata conscia turba manu:
Quid tibi cum gladio dubiam rege nauita puppim.
Non sunt hæc digitis arma tenenda tuis
Ille metu pauidus mortem non deprecor inquit:
Sed liceat sumpta pauca referre lyra

Dant veniam:ridentq; moram:capit ille coronam
Quæ posset crines phœbe decere tuos
Induit & tyrio bis tinctam murice pallam:
Reddidit icta suos pollice chorda sonos
Flebilibus numeris veluti canentia dura
Traiectus penna tempora cantat olor
¶Protinus in medias ornatus desilit vndas
Spargitur impulsa cerula puppis aqua
Inde (fide maius) tergo delphina recuruo
Se memorant oneri supposuisse nouo
Ille sedens cytharamq; tenens precium vehendi
Cantat: & æquorias carmine mulcet aquas.
¶Dii pia facta vident. ¶Astris delphina recepit
Iuppiter: & stellas iussit habere nouem
Sic iterum: sic sæpe cadunt. vbi vincere aperte B
Non datur insidias: armaq; tecta parant
Fraude perit virtus.
Quid non amor improbus audet. C
Fama manet facti: posito velamina currunt D
Et memorem famam. qui bene gessit: habet
Est honor & tumulis animas placere paternas: E
Paruaq; in extructas munera ferre pyras
Parua petunt manes: pietas pro diuite grata est
Munere non auidos stix habet ima deos
Innocui veniant procul hinc procul impius esto F
Frater: & in partus mater acerba suos
Qui pater est viuax: qui matris digerit annos:
Quæ premit inuisam socrus iniqua nurum
Tantalidæ fratres absint & Iasonis vxor.
Et quæ ruricolis semina tosta dedit
Et soror & Progne: terreusq; duabus iniquus
Et quicunq; suas per scelus auget opes.

Ecce nephas visu mediis altaribus anguis
Exit:& extinctis ignibus exta rapit.
Consulitur phœbus:sors est ita reddita:matri
Qui dederit primus oscula:victor erit.
Oscula quisqȝ suæ matri properata tulerunt
Non intellecto credula turba deo
H Brutus erat stulti sapiens imitator:vt esset
Tutus ab insidiis dire superbe tuis
¶ Ille iacens pronus matri dedit oscula terræ
Creditus offenso procubuisse pede
I Quisqȝ suam laudat:studiis certamina crescunt.
K Surgit cui dederat clarum collatia nomen
Non opus est verbis:credite rebus ait.
L Quoqȝ minor spes est:hoc magis ille cupit.
M Exitus in dubio est. ¶ Audebimus vltima dixit
Viderit.audentes forsqȝ venusqȝ iuuat.
N Atqȝ thorum pressit ferrum lucretia mecum est
Natus ait regis:tarquiniusqȝ vocor.
O Illa nihil(neqȝ enim vocem:viresqȝ loquendi:
Aut aliquid toto pectore mentis habet)
Sed tremit.vt quondam stabulis deprensa relictis
Parua sub infesto:cum iacet agna lupo.
Quid faciat.pugnet.vincetur fœmina pugnans.
Clamet. At in dextra qui vetet ensis erat.
Affugiat.positis vrgentur pectora palmis
Tunc primum externa pectora tacta manu
P Instat amans hostis:precio precibusqȝ:minisqȝ
Nec prece nec precio nec mouet ille minis
Q Nil agis eripiam dixit per crimina vitam
Falsus adulterii testis adulter ero
Interimam famulum:cum quo deprensa fereris
Succubuit famæ victa puella metu

Iamqȝ erat orta dies :ſparſis ſedet illa capillis R
Vt ſolet ad nati mater itura rogum.
Dant veniam facto:genitor:coniunxqȝ:coactæ S
Quam dixit veniam vos datis :ipſa nego:
Nec mora celato fixit ſua pectora ferro
Et cadit in patrios ſanguinolenta pedes.

Ex li.Faſtorum Tertio.

Q. Vid moror.& variis onero tua pectora cauſis: T
Eminet ante oculos quod petis ecce tuos
Inde datæ leges ne fortior omnia poſſet: V
Cæptaqȝ ſunt pure tradita ſacra coli
Exuitur feritas. Armiſqȝ potentius æquum eſt. X
Et cum ciue pudet conſeruiſſe manus.
Emiſſi laqueis :quid agant:quæ carmina dicant: y
Quaqȝ trahant ſuperis ſedibus arte iouem:
Scire nefas homini eſt. ¶ Nobis conceſſa canentur:
Quæqȝ pio dici vatis ab ore licet
Nubere ſi qua voles :q̃uis properabitis ambo ȝ
Differ:habent paruæ commoda magna moræ.
Diffugiunt tyrii quo quemqȝ agit error vt olim A
Ammiſſo dubiæ rege vagantur apes.
Vincitur ars vento:nec iam moderator habenis B
Vtitur.at votis is quoqȝ poſcit opem
Exilit & velox humili ſuper auſa feneſtra C
Se iacit:audacem fecerat ipſe timor:
Cumqȝ metu rapitur:tunica velata recincta
Currit vt auditis territa damma lupis.

Ex libro Faſtorum Quarto.

HInc ſatus Aeneas pietas ſpectata per ignes D
Sacra patremqȝ humeris altera ſacra tulit
Conſcia mens recti famæ mendacia ridet E
¶ Sed nos in vitium credula turba ſumus.

F Supplicis alma tuæ genitrix fœcunda deorum
Accipe ſub certa conditione preces:
Caſta negor: ſi tu damnas: meruiſſe fatebor:
Morte luam pœnas: iudice victa dea:
Sed ſi crimen abeſt tu noſtræ pignora vitæ
Re dabis: & caſtas caſta ſequere manus.
Dixit: & exiguo funem conamine traxit.
Mira: ſed & ſcœna teſtificata loquar.
Mota dea eſt ſequiturq; ducem: laudatq; ſequendo.
Index lætitiæ fertur ad aſtra ſonus.
Exululant comites: furioſaq; tibia flatu:
Et feriunt molles taurea terga manus.
Claudia precedit læto celeberrima vultu
Credita vix tandem teſte pudica deo
Ipſa ſedens plauſtro: porta eſt inuecta capena.
Sparguntur iunctæ flore recente boues.
G Præda puellares animos delectat inanis:
Et non ſentitur ſedulitate labor.
I An magis hunc morem pietas Aenia fecit
Innocuum victo cui dedit ignis iter.
I Hoc celer vrget opus: quem romulus ipſe vocaret:
Sintq; celer curæ dixerat iſta tuæ:
Ne ve quis aut muros: aut factam vomere foſſam
Tranſeat audentem talia dede neci:
Quod remus ignorans humiles contemnere muros
Cœpit. & his populus dicere tutus erit.
Nec mora tranſiliit: retro celer occupat auſum
Ille premit duram ſanguinolentus humum
Hæc vbi rex didicit lachrymas intorſus abortas
Deuorat. & clauſum pectore vulnus habet.
Flere palam non vult: exemplaq; fortia ſeruat
Sicque meos muros tranſeat hoſtis ait.

Dat tamen exequias nec iam suspendere flatum
Sustinet: & pietas dissimulata patet:
Osculaq; applicuit posito suprema feretro:
Atq; aia inuito frater adempte vale.

Ex Li. Fastorum Quinto.

MAgna fuit capitis quondam reuerentia cani: K
Inq; suo precio ruga senilis erat.
Nec nisi post annos patuit tunc curia seros.
Nomen & ætatis mite senatus habet.
Verba quis auderet coram sene digna rubore
Dicere. Censurem longa senecta dabat.
Ara erat illa quidem curibus: sed longa vetustas L
Destruit: & saxo longa senecta nocet.
Ipsa doce quæ scis hominum sententia fallax M
Optima tu propii nominis auctor eris.
Nos quoq; tangit honos: festis gaudemus: & aris: N
Turbaq; cœlestes ambitiosa sumus.
Sæpe deos aliquis peccando fecit iniquos:
Et pro delictis hostia blanda fuit:
Sæpe Iouem vidi quom iam sua mittere vellet
Fulmina: thure dato sustinuisse manum.
At si negligimur: magnis iniuria pœnis
Soluitur: & iustum præterit ira modum.
Respice Testiadem: flammis absentibus arsit:
Causa est: q phœbes ara sine igne fuit.
Respice Tantalidem: eadem dea tela tenebat
Virgo est: & spretos bis tamen vlta focos.
Hippolyte infœlix velles coluisse dionem:
Quom consternatis diriperer is equis.

Ex Libro Fastorum Sexto.

ESt Deus in nobis: agitante calescimus illo: O
Impetus hic sacræ semina mentis habet

P Cætera iampridem didici puerilibus annis.
Non tamen idcirco prætereunda mihi.
Q Attonitæ flebant demisso crine ministræ.
R Abstulerat vires corporis ipse timor
Nullaq; dicetur vittas temerasse sacerdos:
Hoc duce: nec viua defodietur humo.
Sic incesta perit: quia quam violauit: in illa
Conditur: & tellus: vestaq; numem idem est.
S Scilicet interdum miscentur tristia lætis:
Nec populum toto pectore festa iuuant.
¶ Crassus ad eufratem aquilas natumq; suosq;
Perdidit. & læto est vltimus ipse datus.
T Filia carpento patrios initura penates
Ibat per medias alta feroxq; vias:
Corpus & aspexi lachrymis auriga profusis
Restitit: hunc tali corripit illa sono
Vadis: an expectas precium pietatis amarum
Duc inquam inuitas ipsa per ora rotas
Certa fides facti est dictus sceleratus ab illa
Vicus & æterna res ea pressa nota est.
V Sic agitur censura & sic exempla parantur
Quom iudex: alios quod monet ipse facit.
X Tempora labuntur: tacitisq; senescimus annis:
Et fugiunt freno non remorante dies.

Ex Libris .P.O.N. De Amoris remedio. Ex li.i.

A Quin etiam docui: qua posses arte parari:
Et quod nunc ratio est: impetus ante fuit.
B Siquis amat: qđ amare iuuat fœliciter ardet
Gaudeat: & vento nauiget ille suo.
C At si quis male fert indignæ regna puellæ
Ne pereat nostræ sentiat artis opem.
Ad me decepti iuuenes præcepta venite

Quos suus ex omni parte fefellit amor.
Discite sanari: per quem didicistis amare:
Vna manus vobis vulnus: opemqꝫ feret.
Terra salutiferas herbas: eademqꝫ nocentes
Nutrit: & vrticæ proxima sæpe rosa est.
Vulnus achilleo: quæ quondam fecerat hosti:
Vulneris auxilium pelias hasta tulit.
Vtile propositum est sauas extinguere flammas: D
Nec seruum vitiis pectus habere suum:
Me duce damnosas homines compescite curas: E
Rectaqꝫ cum sociis me duce nauis eat.
Dum licet: & modici tangunt præcordia motus
Si piget: in primo limine siste pedem
Opprime dum noua sunt subiti mala semina morbi:
Et tuus incipiens ire resistat equus.
Nam mora dat vires. teneras mora percoquit vuas F
Et validas segetes: quod fuit herba facit.
Quæ præbet latas arbor spatiantibus vmbras.
Quo posita est primum tempore: virga fuit.
Tunc poterat manibus summa tellure reuelli
Nunc stat in immensam viribus aucta suis.
Quale sit id quod amas: celeri circũspice mente: G
Et tua læsuro subtrahe colla iugo:
Principiis obsta: sero medicina paratur:
Cum mala per longas conualuere moras:
Sed propera: nec te venturas differ in auras:
Qui non est hodie: cras minus aptus erit.
Verba dat omnis amans: reperitqꝫ alimenta morando:
Optima vindictæ proxima quæqꝫ dies.
Flumina magna vides paruis de fontibus orta:
Plurima collectis multiplicantur aquis.
Vidi ego: quod fuerat primo sanabile vulnus

Dilatum longe damna tulisse moræ.
Sed quia delectat veneris decerpere fructus
Dicimus assidue cras quoqꝫ fiet idem.
Intererea tacitæ serpunt in viscere flammæ:
Et mala radices altius arbor agit.
I Dum furor in cursu est: currenti cede furori
Difficiles aditus impetus omnis habet.
Stultus ab obliquo qui cum discedere possit
Pugnat in aduersas ire natator aquas.
K Impatiens animus: nec adhuc tractabilis arte
Respuit: atqꝫ odio verba monentis habet.
I Aggrediar melius tum cum sua vulnera tangi
Iam finet: & veris vocibus aptus erit.
Quis matrem: nisi mentis inops in funere nati
Flere vetat. non hoc illa monenda loca est.
Cum dederit lacbrymas: animumqꝫ impleuerit ægri:
Ille dolor verbis emoderandus erit.
Temporibus medicina valet: data tempore prosunt:
Et data non apto tempore vina nocent.
Quin etiam accendas vitia: irritesqꝫ vetando
Temporibus si non aggrediare suis.
M Ergo vbi visus eris nostra medicabilis arte
Fac monitis fugias ocia prima meis:
Hæc vt ames faciunt: hæc quæ fecere tuentur:
Hæc sunt iocundi causa cibusqꝫ mali.
Ocia si tollas periere cupidinis arcus:
Contemptæqꝫ iacent: & sine luce faces.
Quam platanus riuo gaudet: quam populus vnda:
Et quam limosa canna palustris humo:
N Tam venus ocia amat. ¶ Finem qui quæris amori
Cedit amor rebus res age tutus eris.
O Quæritur Aegisthus quare sit factus adulter:

In promptu causa est:desidiosus erat.
Pu⸗abant alii tardis apud ilion armis:
Quo tulerat vires græcia tota suas.
Siue operam bellis vellet dare:nulla gerebat:
Siue foro:vacuum litibus argos erat:
Quod potuit:fecit:ne nil ageretur:amauit:
Sic venit ille puer sic puer ille manet.
Tu tamen & q̃uis firmis retinebere vinclis: P
I procul.& longas carpere perge vias.
Nec quot transieris sed quot tibi:quære:supersunt
Millia:nec maneas:nec prope finge moras.
Tempora nec numera:nec crebro respice romam:
Sed fuge tutus adhuc parthus ab hoste fuga est.
Dura aliquis præcepta vocet mea dura fatemur Q
Esse:sed vt valeas:multa dolenda feres.
Sæpe bibi succos q̃uis inuitus amaros
Aeger:& oranti mensa negata mihi est.
Vt corpus redimas ferrum patieris & ignes:
Arida nec sitiens ora lauabis aqua.
Vt valeas animo:quicq̃ tolerare negabis.
At precium pars hæc corpore maius habet.
Sed tamen est artis tristissima ianua nostræ: R
Et labor est vnus tempora prima pati.
Aspicis:vt prensos vrant iuga prima iuuencos.
Vt noua velocem cingula ledat equum.
Tu modo:qui:quod amas:ægre dediscis amare: S
Nec potes:& velles posse:docendus eris.
Sæpe refer tecum sceleratæ:facta puellæ
Et pone ante oculos omnia damna tuos.
Et mala sunt vicina bonis:errore sub illo. T
Pro vicio virtus crimina sæpe tulit.
¶ Auferimur cultu gemmis:auroq̃ teguntur

Omnia: pars minima est ipsa puella sui.
Sæpe vbi sit quod ames inter tam multa requiras:
Decipit hac oculos egide diues amor.

V Ingenium magni liuor detractat homeri:
Quisquis es: ex illo zoile nomen habes.

X Summa petit liuor. ¶ Perflant altissima venti
Summa petunt dextra fulmina missa iouis.

Ex ii. ii. & vltimo de Remedio Amoris.

y Forsitan hæc aliquis nam sunt quoq; parua vocabit
Sed quæ non prosunt singula: multa iuuant.
¶ Parua necat morsu spatiosum vipera taurum.
A cane non magno sæpe tenetur aper.

A Posse pati facile est: tibi ni patientia desit:
Protinus ex facili gaudia ferre licet.

B Nam quoniam variant animi. variabimus artes.
Mille mali species: mille salutis erunt


C Quisquis amas: loca sola nocent: loca sola caueto
Quo fugis. in populo tutior esse potes.
Nam tibi secretos augent secreta furores
Est opus auxilio: turba futura tibi est.
Manat amor tectus: si non ab amante recedas:
Turbaq; in hoc omnes ingeniosa sumus.
Proximus a tectis ignis defenditur ægre:
Vtile finitimis abstinuisse locis.
Non facile exuriens posita retinebere mensa:
Et multam saliens incitat vnda sitim.

D Neue puellarum lacbrymis moueare caueto
Vt flerent oculos erudiere suos.
¶ Artibus innumeris mens oppugnatur amantum.
Vt lapis æquoreis vndique pulsus aquis.

E Scripta caue relegas blandæ seruata puellæ
Constantes animos scripta relecta mouent.

Omnia pone feros: quãuis inuitus: in ignes:
Et dic ardoris sit rogus iste mei.
Si potes & caras remoue quid imagine muta.
Carperis. hoc periit laodomia modo.
Ad monitu recreatur amor vulnusq; nouatum G
Scinditur. ¶ Infirmis causa pusilla nocet.
Vt pene extinctũ cinerem: si sulfure tangas
Viuet: & ex minimo maximus ignis erit.
Sic nisi vitaris: quicquid reuocabit amorem:
Flamma redardescet: quæ modo nulla fuit.
Gnosida fecisses inopem: sapienter amasset. H
Diuitiis alitur luxuriosus amor.
Non habet vnde suum paupertas pascat amorem I
Non tamen hoc tanti est: pauper vt esse velis.
Eneruant animos citharæ: cantusq;: lyræq;: L
Et vox: & numeris brachia mota suis.
Eloquar inuitus. teneros ne tange poetas: L
Summoueo dotes impius ipse meas
Quid tibi præcipiam de bacchi munere queris? M
Vina parant animas veneri:

Ex li. epistolarũ. P. O. N. Ex epistola. i. Penelope Vlixi.


Qvando ego non timui grauiora pericula ventis. N
Res est solliciti plena timoris amor.
Me pater Icarius viduo discedere lecto. O
Cogit: & immensas increpat vsq; moras
Increpet vsq; licet: tua sim tua dicar oportet
Penelope coniunx semper Vlyxis ero.
Ille tamen pietate mea: precibusq; pudicis
Frangitur: & vires temperat ipse suas.

Ex Epistola. ii. Philis Demophonti.

Exitus acta probat. ¶ Careat successibus opto: P
Quisq; ab euentu facta notanda putat.

Ex epistola.iii.Briseis Achilli.

Q Vince animos :iramq; tuam:qui cætera vincis :

Ex epistola.iiii.Phedra Hippolyto

R Quicquid amor iussit non est contemnere tutum
Regnat:& in superos ius habet ille deos

S Venit amor grauius quo serius :vrimur intus
Vrimur:& cæcum pectora vulnus habet
Scilicet:vt teneros ledunt iuga prima iuuencos :
Frænaq; vix patitur de grege captus equus.
Sic male:vixq; subit primos rude pectus amores:
Sarcinaq; hæc animo non sedet apta meo

T Sint procul a nobis iuuenes .vt fœmina compti:
Fine coli modico forma virilis amat

V Quod caret alterna requie durabile non est:
Hæc reparat vires :fessaq; membra nouat
Arcus & arma tuæ tibi sint imitanda dianæ
Si numq̃ cesses tendere:mollis erit

X Victa precor genibusq; tuis regalia tendo
Brachia. ¶ Quid deceat:non videt vllus amans

Ex epistola.v.Oeonne Paridi.

y Leniter ex merito quicquid patiare ferendum est
Quæ venit indigne pœna dolenda venit.

A Tu quoq; clamabis :Nulla reparabilis arte
Læsa pudicitia est:deperit illa semel

B Me miseram:quid amor non est medicabilis herbis :
Deficior prudens artis ab arte mea

Ex epistola.vii.Dido Aeneæ.

C Sic vbi fata vocant vdis abiectus in herbis
Ad vada mæandri concinit albus olor

D Te lapis :& montes innataq; rupibus altis
Robora:te sæuæ progenuere feræ

E Pone deos :& quæ tangendo sacra prophanas :

Non bene cælestes impia dextra colit

Ex epistola.viii. Hermione Oresti

Pro somno lachrymis oculi funguntur abortis F
Quaqꝫ licet fugio sicut ab hoste viro

Ex epistola.ix. Deyanira Herculi.

Fama pelasgiadas subito peruenit ad vrbes G
Decolor:& factis inficienda tuis
Quem nunꝙ Iuno:seriesqꝫ immensa laborum
Fregerit:huic Iolen imposuisse iugum:
Plus tibi:ꝙ Iuno nocuit venus:illa premendo
Sustulit hæc humili sub pede colla tenet
Te ne ferunt geminos pressisse tenaciter angues.
Cum tener.in cunis iam Ioue dignus eras
Cœpisti melius:ꝙ desinis:vltima primis
Cedunt:Dissimiles hic vir:& ille puer
Quem non mille feræ:quem non stheneleius hostis
Non potuit Iuno vincere vicit amor
Quam male inæquales veniunt ad aratra iuuenci H
Tam premitur magno coniuge nupta minor
Non honor est:sed onus species læsura ferentes:
Siqua voles apte nubere:nube pari

Ex epistola.x. Adriane Theseo

Occurrunt animo pereundi mille figuræ: I
Morsqꝫ minus pœnæ:ꝙ mora mortis habet.

Ex epistola.xi. Canace Machareo

Quid iuuat admota proauorum nomina cœlo K
Inter cognatos posse referre Iouem.
Fugerat ore color.macies adduxerat artus L
Sumebant minimos ora coacta cibos:
Nec somni faciles.& nox erat annua nobis
Et gemitum nullo læsa dolore dabam

Ex epistola.xii. Medea Iasoni

M Est aliqua ingrato meritum exprobare voluptas:
Hac fruar: hæc de te gaudia sola feram
N Tunc ego te vidi: tunc cœpi scire: quis esses:
Illa fuit mentis prima ruina meæ:
Et vidi: & petii: nec notis ignibus arsi
Ardet vt ad magnos pinea tæda deos
O Perfide sensisti. quis. n. bene celat amorem.
Eminet inditio prodita flamma suo
P Sed quid prædicere pœnam
Attinet: ingentes parturit ira minas.

Ex epistola. xiii. Laodomia Prothesilao.

Q Fortius ille potest multo: qui pugnat amore
R Siue latet phœbus: seu terris altior extat:
Tu mihi luce dolor: tu mihi nocte venis
S Nos sumus incertæ: nos anxius omnia cogit
Quæ possunt fieri: facta putare timor

Ex epistola. xiiii. Hypermestra Lyno

T Mittit hypermestra de tot modo fratribus vni.
Cætera nuptarum crimine turba iacet
Clausa domo teneor: grauibusq; coercita vinclis
Est mihi supplicii causa fuisse piam
Quod manus extimuit iugulo dimittere ferrum
Sum rea: laudarer: si scelus ausa forem
V Non faciunt molles ad ferrea bella manus
X Vires subtrahit ipse timor.

Fx epistola. xv. Paris Helenæ

y Sed male dissimulo quis. n. celauerit ignem.
Lumine qui semper proditur ipse suo
A Nec piget: haud vnq; stulte elegisse fatebor
Permanet in voto mens mea firma suo.
B Qua licet: & possum luctor celare furorem
Sed tamen apparet dissimulatus amor

Lis est cum forma magna pudicitia C

Ex epistola.xvi.Helena Paridi.

Nec tamen irascor.quis .n.succenset amanti. D
Si modo quem praefers non simulatur amor.
At peccant aliae:matronaqz rara pudica est: E
Quis probibet raris nomen inesse meum:
Aut ego perpetuo famam sine labe tenebo: F
Aut ego te potius :quam tua dona sequar.
Atqz ea non sperno. ¶ Sic acceptissima semper G
Munera sunt:auctor quae preciosa facit
Disce meo exemplo formosis posse carere: H
Est virtus placitis abstinuisse bonis
Tarda solet magnis rebus inesse fides I
Ferrea crede mibi non sum:sed amare recuso K
Illum:quem fieri vix puto posse meum
An nescis longas regibus esse manus: L
Et libet:O timeo:nec adhuc exacta voluntas M
Est satis :in dubio pectora nostra.labant
Dum nouus est coepto potius pugnemus amori: N
Flamma recens parua sparsa resedit aqua
Certus in auspitibus non est amor:errat vt ipsi
Cumqz nibil speres firmius esse:fugit
Hipsiphile testis.testis minoia virgo
In non exbibitis vtraqz iuncta thoris
Omnia medeae fallax promisit iason
Pulsa est aesonia non minus illa domo
¶ Tale nibil timeo.sed nec medea timebat
Fallitur augurio spes bona saepe suo.

Ex epistola.xvii.Leander Hero.

Rupe sedens aliqua specto tua littora tristis P
Et quo non possum corpore mente feror

Ex epistola.xviii.Hero Leandro.

Q Longa mora est nobis omnis quæ gaudia differt
Da veniam fassæ.non patienter amo.
R Vrimur igne pari.sed sum t i viribus impar:
Fortius ingenium suspicor esse viris
Vt corpus teneris.sic mens infirma puellis:
Defficiam parui temporis adde moram
Ex ep.stola.xix. Aconcius Cydippe
S Cur reus infœlix absens agor:& mea cum sit
Optima:non vllo causa tuente perit:
T Non boue mactato cœlestia n..nina gaudent:
Sed quæ præstanda est & sine teste:fide.
¶ Vt valeant:aliæ ferri .n patiuntur & ignes:
Fert aliis tristem succus amarus opem.
Nil opus est istis:tantum periuria vita:
Teqꝫ simul serua:meqꝫ:datamqꝫ fidem.
Ex libro.P.O.N.De Sapho.
V NEc mibi dispositis iungam:quæ carmina neruis
Proueniunt.vacuæ carmina mentis opus.
X At mibi pegasides blandissima carmina dictant
Iam canitur toto nomen in orbe meum.
y Si mibi difficilis formam natura negauit:
Ingenio formæ damna rependo meæ.
A Non mandata dedi:neqꝫ enim mandata dedissem
Vlla:nisi vt nolles immemor esse mei
B Et lachrymæ deerant oculis:& lingua pallato
Astrictum gelido frigore pectus erat:
Postꝙ se dolor imminuit:mea pectora planxi:
Nec puduit ruptis exululare comis
Non aliter:quam si nati pia mater adempti
Portat ad extructos corpus inane rogos
C Nunc vellem facunda forem.dolor artibus obstat
Ingeniumqꝫ meis substitit omne malis

Non mihi respondent veteres in carmina vires
Plectra dolore tacent: muta dolore lyra est.

Ex libro. P. O. N. In Ibin.

DIi melius: quorum longe mihi maximus ille est: D
Qui nostras inopes noluit esse vias
Huic igitur meritas grates quascunqꝫ licebit
Pro tam mansueto pectore semper agam
At tibi calcasti qui me violente iacentem E
Quod licet: & misero debitus hostis ero
Desinet esse prius contrarius ignibus humor
Iunctaqꝫ cum luna lumina solis erunt
Parsqꝫ eadem cœli zephiros immittet & euros
Et tepidus gelido flabit ab axe nothus:
Et ver autumno: & brumæ miscebitur æstas
Atqꝫ eadem regio vesper: & ortus erit:
Quam mihi sit tecum positis quæ sumpsimus armis
Gratia: commissis improbe rupta tuis:
Quam dolor hic vnquam spacio euanescere possit
Leniat aut odium tempus: & hora meum
Pax erit hæc nobis: donec mihi vita manebit:
Cum pecore infirmo: quæ solet esse lupis
In loca ab elysiis diuersa fugabere campis F
Quasqꝫ tenet sedes noxia turba coles
Quisqꝫ gerunt humeris perituras bellides vndas G
Exulis ægypti turba cruenta nurus
Poma pater pelopis præsentia quærit & idem H
Semper eget liquidis semper abundat aquis:
Iugeribusqꝫ nouem qui summus distat ab imo: I
Viscera quæ assiduæ debita præbet aui
Hic tibi de furiis scindet latus vna flagello K
Vt sceleris numeros confiteare tui
Altera tartareis sectos dabit anguibus artus

Tertia fumantes incoquet igne genas.
¶ Noxia mille modis lacerabitur vmbra tuaſq;
Aeacus in pœnas ingenioſus erit
L Nec mortis pœnas mors altera finiet huius
Horaq; erit tantis vltima nulla malis.
Nec mala voce mea poterunt tua cuncta referri:
Ora licet tribuas multiplicata mihi.

Ex Li.P.O.N.De Arte Amandi.Ex.i.flores electi.

M Arte citæ:veloq; rates:remoq; reguntur.
Arte leuis currus:arte regendus amor
Sed tamen & tauri:ceruix oneratur aratro:
Frœnaq; magnanimi dente teruntur equi
N Vt redit:itq; frequens longum formica per agmen:
Granifero ſolitum dum vehit ore cibum.
Aut vt apes ſaltuſq; ſuos:& olentia nactæ
Paſcua:per flores & tyma ſumma volant:
Sic ruit in celebres cultiſſima fœmina ludos:
Copia iudicium ſæpe morata meum eſt.
Spectatum veniunt:veniunt:ſpectentur vt ipſæ.
Ille locus caſti damna pudoris habet.
O Vina parant animos:faciuntq; caloribus aptos
Cura fugit multo:diluiturq; mero.
P Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris:
Vicinumq; pecus grandius vber habet
Q Mens erit apta capi tunc:cum lætiſſima rerum:
Vt ſeges in pingui luxuriabit humo
Pectora dum gaudent:nec ſunt aſtricta dolore
Ipſa patent:blanda tum ſubit arte venus
Tunc cum triſtis erat defenſa eſt ilion armis:
Militibus grauidum læta recepit equum.
R Vt fragilis glacies interit ira mora.
S Flectitur iratus voce rogante deus.

Pollicitis diues quilibet esse potest

Tempore difficiles veniunt ad aratra iuuenci T
Tempore lenta pati fræna docentur equi. V
Ferreus assiduo consummitur annulus vsu
Interit assidua vomer aduncus humo.
Quid magis est durum saxo. quid mollius vnda.
Dura tamen molli saxa cauantur aqua

Facile est omnia posse deo.

Tuta frequensq; via est per amici fallere nomen: A
Tuta frequensq; licet sit via: crimen habet B

Ebrietas vt vera nocet: sic ficta iuuabit. C

Laudatas ostendit auis iunonia pennas: D
Si tacitus spectes: illa recondet opes

Fallite fallentes: ex magna parte propbanum E
Sunt genus: in laqueos: quos posuere cadant
Dicitur ægyptus caruisse iuuantibus arua
Imbribus: atq; annos sicca fuisse nouem
Quum thrasius busirin adit: monstratq; piari
Hospitis effuso sanguine posse iouem
Illi busiris: fies iouis hostia primus
Inquit: O ægypto tu dabis hospes aquam
Et phalaris tauro violenti membra perili
Torruit. infœlis imbuit auctor opus
Iustus vterq; fuit: neq; enim lex iustior vlla est:
Quam necis artifices arte perire sua

Et lachrymæ prosunt. lachrymis adamanta mouebis F

Attenuant iuuenum vigilatæ corpora noctes. G

Quos credis fidos effuge tutus eris H

Pectoribus mores tot sunt: quot in orbe figuræ: I

Ex. ii. Libro. De arte amandi.

NEc minor est virtus: quam quærere parta tueri K
Casus inest illic. hic erit artis opus.

L Ingenium mala sæpe mouent: quis crederet vnquam
Aereas hominem carpere posse vias.
M Si procul omne nefas: vt ameris: amabilis esto.
N Forma bonum fragile est: quantumqꝫ accedit ad annos
Fit minor: & spacio carpitur ipsa suo.
Nec semper violæ: nec semper lilia florent:
Et riget amissa spina relicta rosa.
Et tibi iam venient cani formose capilli.
Iam venient rugæ. quæ tibi corpus arent:
ↄ ¶ Iam molire animum qui duret: & astrue formam.
Solus ad extremos permanet ille rogos.
Dextera præcipue capit indulgentia mentes.
Asperitas odium: sæuaqꝫ bella mouet.
Odimus accipitrem: quia viuit semper in armis:
Et pauidum solitos in pecus ire lupos.
At caret insidiis hominum: quia mitis hirundo est:
Quasqꝫ colat turres chaonis ales habet.
Este procul lites: & amaræ prælia linguæ:
Dulcibus est verbis mollis alendus amor.
Flectitur obsequio curuatus ab arbore ramus:
Franges: si vires experiere tuas.
Obsequio tranantur aquæ: nec vincere possis
Flumina: si contra: quam rapit vnda nates:
Obsequium tigresqꝫ domat: tumidosqꝫ leones:
Rustica paulatim taurus aratra subit.
Q Cede repugnanti: cedendo victor abibis.
R Amor odit inertes.
¶ Militiæ species amor est: discedite segnes:
Non sunt hæc timidis signa tuenda viris.
Nox: & hyems: longæqꝫ viæ: sæuiqꝫ labores:
Mollibus his castris: & dolor omnis inest.
Sæpe feres imbrem cœlesti nube solutum:

Frigidus in vnda sæpe iacebis humo.
Quid tibi:præcipiam teneros quoqʒ mittere versus S
Hei mihi non multum carmen honoris habet
Carmina laudantur:sed munera magna petuntur
Dummodo sit diues barbarus:ille placet.
¶ Aurea sunt vere nunc sæcula:plurimus auro
Venit honos:auro conciliatur amor
Ipse licet venias musis comitatus homere:
Si nihil attuleris:ibis homere foras.
Fac tibi consuescat nihil assuetudine maius. T
Lentescunt tempore curæ. V
Vanescitqʒ absens:& nouus intrat amor
Sed neqʒ fuluus aper media tam sæuus in ira est. X
Fulmineo rabidos dum rotat ore canes
Nec lea:cum catulis lactentibus vbera præbet
Nec breuis ignaro vipera læsa pede:
Fœmina quam socii depensa pellice lecti:
Ardet & in vultu pignora mentis habet
In ferrum:flammasqʒ ruit positoqʒ decore
Fertur.vt aonii cornibus icta dei.
Coniugis admissum:violataqʒ iura mariti
Barbara per natos phasias vlta suos.
Altera dira parens hæc est:quam cernis hirundo
Aspice:signatum sanguine pectus habet.
Hoc bene compositos:& firmos rumpit amores
Crimina sunt cautis ista timenda viris.
Gloria peccati nulla petenda tui est. Y
Luxuriant animi rebus plerumqʒ secundis Z
Nec facile est æqua commoda mente pati.
Quod iuuat exiguum est.plus est quod lædit amantes A
Proponant animo multa ferenda suo.
Quod lepores in atho:quod apes pascuntur in hybla.

Cærula quod baccas palladis arbor habet.
Littore quod conchæ tot sunt in amore dolores:
Quæ patimur: multo spicula felle madent.
B Ardua molimur. sed nulla: nisi ardua vincunt:
Difficilis nostra poscitur arte labor.
E Eximia est virtus præstare silentia rebus:
Ad contra grauis est culpa tacenda loqui.
D Vtile quæ multis dissimulasse fuit.
E Quod male fers: assuesce: fers bene multa vetustas
Lenit: at incipiens omnia sentit amor.
F Dum vires: anniq; sinunt: tolerate labores.
Iam veniet tacito curua senecta pede.
G Cum mora non tuta est: totis incumbere remis
Vtile: & admisso subdere calcar equo.

Ex. iii. & vltimo libro. De Arte Amandi.

H Venturæ memores iam nunc estote senectæ
Sic nullum vobis tempus abibit iners.
I Eunt Anni more fluentis aquæ.
Nec quæ preteriit: cursu reuocabitur vnda
Nec quæ præteriit: hora redire potest.
Vtendum est ætate: cito pede labitur ætas
Nec bona tam sequitur: quam bona prima fuit.
Quam cito: me miserum laxantur corpora rugis:
Et perit in nitido: qui fuit ore color.
Vestra sine auxilio fugiunt bona carpite florem:
Qui nisi captus erit: turpiter ipse cadet.
K Adde: quod & partus faciunt breuiora iuuentæ
Tempora continua messe senescit ager.
L Sed neq; ramosa numerabis in ilice frondes:
Nec quot apes hyblæ: nec quot in alpe feræ
Nec mihi tot cultus numero comprehendere fas est
Adiicit ornatus proxima quæq; dies.

Fœmina caniciem germanis inficit herbis:
Et melior vero quæritur arte color
Fœmina procedit densissima crinibus emptis:
Proqꝫ suis alios efficit ære suos.
Quid de veste loquar. non iam segmenta requiro:
Nec quæ de tyrio murice lana rubet.
Quo non ars penetrat. discunt lacbrymare decenter. M
Quoqꝫ volunt plorant tempore: quoqꝫ modo.
Maius opus: mores composuisse suos. N
Quod latet: ignotum est ignoti nulla cupido. O
Errat & in nulla sede moratur amor P
Iudice me: fraus est concessa repellere fraudem: Q
Armaqꝫ in armatos sumere iura sinunt.
Pertinet ad faciem rabidos compescere mores: R
Candida pax homines: trux decet ira feros.
¶ Ora tument ira nigrescunt sanguine venæ:
Lumina gorgoneo sæuius angue micant.
Scilicet ingenium placida molitur ab arte. S
Et studio mores conuenienter eunt.
Est deus in nobis. sunt & commertia cæli. T
Sedibus æthereis spiritus ille venit.
Non bene cum sociis regna venusqꝫ manent. V
Qualibet extinctos iniuria suscitat ignes. X
Nupta virum timeat: rata sit custodia nuptæ A
Hoc decet: hoc leges: iusqꝫ pudorqꝫ iubent.
Munera (crede mihi) placant hominesqꝫ: deosqꝫ. B
Placatur donis iuppiter ipse datis.
Quid sapiens faciet. stultus quoqꝫ munere gaudet.
Ipse quoqꝫ accepto munere mitis erit.
Nec cito credideris: quantum cito credere lædat C
Exemplum vobis non leue procris erit.
¶ Ex Li.P.O.N. De ponto. Ex Li.i. Ad Brutum.

D Cum foret Aeneæ ceruix subiecta parenti:
Dicitur ipsa viro flamma dedisse viam
E Vaticinor: moneoq3: locum date sacra ferenti
Non mihi: sed magno poscitur ille deo.
Talia cælestes fieri præconia gaudent.
Vt sua quid valeant numina teste probet.
F Sæpe leuant pœnas: ereptaq3 lumina reddunt
Cum bene peccati pœnituisse vident
G Pœnitet o si quid miserorum creditur vlli
Pœnitet: O facto torqueor ipse meo.
Cūq3 sit exilium magis est mihi culpa dolori:
Estq3 pati pœnam ꝙ meruisse minus:
Vt mihi dii faueant: quibus est manifestior ipse.
Pœna potest demi: culpa perennis erit.
Mors faciet certe: ne sim cum venerit exul.
Ne non peccarim mors quoq3 non faciet.
Non igitur mirum est: si mens mea tabida facta est.
De niue manantis more liquescit aquæ:
Estur: vt occulta vitiata putredine nauis
Aequoreos scopulos vt cauat vnda salis.
Roditur: vt scabra positum rubigine ferrum.
Conditus vt tineæ carpitur ore liber.
Sic mea perpetuos curarum pectora morsus
Fine quieus nullo conficiantur habent.
Nec prius :hii mentem stimuli: quam vita relinquent.
Quiq3 dolet citius ꝙ dolor ipse cadet.

Ad Maximum primo.

H Viuimus: vt numꝙ sensu careamus amaro:
Et grauior longa sit mea pœna mora.
Sic inconsumptum Titii semperq3 renascens
Non perit: vt possit sæpe perire iecur.
Siue diues igitur caput hoc miserabile cerulē

Siue pruinosæ noctis aguntur equi.
Sic mea perpetuis liquantur pectora curis:
Ignibus admotis: vt noua cæra solet.
Ad Maximum secundo
Nescit enim Cæsar (q̄uis deus omnia norit) I
Vltimus hic qua sit conditione locus.
Ad Ruffinum.
Vtq; Machaoniis pæantius artibus heros: K
Lenito medicam vulnere sensit opem.
Sic ego mente iacens & acerbo sautius ictu:
Admonitu cœpi fortior esse tuo:
Et iam deficiens sic ad tua verba reuixi:
Vt solet infuso vena redire mero.
Nec tamen exhibuit tanta facundia vires. L
Vt mea sint dictis pectora sana tuis.
Vt multum demas nostro de pectore curæ:
Non minus exhausto: quid superabit: erit.
¶ Non est in medico: semper releuetur vt æger.
Interdum docta plus valet arte malum.
¶ Afferat ipse licet sacras epidaurius herbas:
Sanabit nulla vulnera cordis ope.
¶ Tollere nodosam nescit medicina podagram:
Nec formidatis auxiliatur aquis
¶ Cura quoq; interdum nulla medicabilis arte:
Aut si sit: longa est attenuenda mora:
Rursus amor patriæ ratione valentior omni: M
Quod tua fecerunt scripta retexit opus.
Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit: & immemores non sinit esse sui:
Quid melius roma. Scythico quid frigore peius.
Huc tamen ex illa barbarus vrbe fugit.
Cum bene sint clausæ cauea pendione natæ

Nititur in ſiluas: quaqȝ redire ſuas.
Aſſuetos tauri ſaltus: aſſueta leones:
Nec feritas illos impedit: antra petunt:

Ad Vxorem.

N Iam mihi deterior canis aſpergitur ætas
Iamqȝ meos vultus ruga ſenilis arat:
Iam vigor: & caſſo languent in corpore vires:
Nec iuueni luſus: qui placuere iuuant.
Nec me ſi ſubito videas: cognoſcere poſſis.
Aetatis facta eſt tanta ruina meæ.
Confiteor facere hoc annos. ſed & altera cauſa eſt
Anxietas animi. continuuſqȝ labor
O Cernis vt in duris (& quid boue firmius) aruis:
Fortia in taurum corpora frangat opus.
Quæ nunq̃ vacuo ſortita eſt ceſſare nouali:
Fructibus aſſiduis laſſa ſeneſcit humus.
Occidet ad circi ſi quis certamina ſemper:
Non intermiſſis curſibus ibit equis.
Firma ſit illa licet ſoluetur in equore nauis:
Quæ nunq̃ liquidis ſicca carebit aquis.
¶ Me quoqȝ debilitat ſeries immenſa laborum:
Ante meum tempus cogit & eſſe ſenem:
¶ Otia corpus alunt: animus quoqȝ paſcitur illis.
Immodicus contra carpit vtrumqȝ labor.

Ad Maximum Tertio.

P Cernis vt ignauum corrumpant otia corpus.
Vt capiant vitium ni moueantur aquæ.
Et mihi ſi quis erat dicendi carminis vſus
Deficit: eſtqȝ minor factus inerte ſitu.

Ad Græcinum.

Q Artibus ingenuis: quarum tibi proxima cura eſt
Pectora molleſcunt: aſperitaſqȝ fugit.

Spes igitur menti pœnæ gracine leuandæ R
Non est ex toto nulla relicta meæ
Hæc dea: cum fugerent sceleratas numina terras:
In diis inuisa sola remansit humo
Hæc facit: vt videat quom terras vndiq; nullas
Naufragus in mediis brachia iactet aquis:
Hæc facit: vt viuat fossor quoq; compede vinctus
Liberaq; a ferro crura futura putet
Sæpe aliquem solers medicorum cura reliquit
Nec spes huic vena deficiente cadit
Carcere dicuntur clausi sperare salutem
Atq; aliquis pendens in cruce vota facit
Hæc dea quam multos laqueo sua colla ligantes
Non est proposita passa perire nece
Me quoq; conantem gladio finire dolorem
Arguit iniecta continuitq; manum
¶ Quidq; facis: lacbrimis opus est: non sanguine dixit
Sæpe per has flecti principis ira solet
¶ Quãuis est igitur meritis indebita nostris
Magna tamen spes est in bonitate dei

Ad Messalinum

Et mala nasonem quoniam meruisse videtur S
Si non ferre doles: at meruisse dole

Ad Seuerum

Ah nimium est quod amice petis: moderatius opta T
Et voti quæso contrahe fræna tui

Ad Maximum quarto

Si modo non census: nec clarum nomen auorum: V
Sed probitas magnos: ingeniumq; facit

Ad Flaccum

Nec vires adimit veneris damnosa voluptas X
¶ Non solet in mæstos illa venire thoros.

y Vnda locusqȝ nocent: & causa valentior istis
Anxietas animi: quæ mihi semper adest
Ad Germanicum.
ȝ Dii quoqȝ vt a cunctis hilari pietate colantur
Tristiciam poni per sua festa iubent.
Ex.ii.Libro. De Ponto Ad Messalinum:
A Vlneris id genus est quod cum sanabile non sit
Non hoc tractari tutius esse puto.
B Sed tendit in ardua virtus
Ad Maximum.
C Turpe quidem dictu: sed si modo vera fatemur.
Vulgus amicitias vtilitate probat
Cura quid expediat prior est: ꝙ quid sit honestum:
Et cum fortuna. statqȝ: caditqȝ fides:
Nec facile inuenies multis in milibus vnum
Virtutem precium: qui putet esse sui
Ipse decor recti: facti si præmia desint
Non mouet: & gratis penitet esse probum
Nil: nisi quod prodest charum est. en detrahe menti
Spem fructus auidæ: nemo petendus erit
At reditus iam quisqȝ suos amat. & sibi quid sit
Vtile sollicitis computat articulis.
Illud amicitiæ quondam venerabile nomen
Prostat: & in quæstu pro meretrice sedet
Diligitur nemo: nisi cui fortuna secunda est:
Quæ simul innotuit proxima quæqȝ fugat.
En ego non paucis quondam munitus amicis:
Dum flauit velis aura secunda meis
Vt fera nimboso tumuerunt æquora vento
In mediis lacera naue relinquor aquis
D Per seqȝ petenda est
Externis virtus incomitata bonis.

Ad atticum primo.

Ante meos oculos presto est tua semper imago
Et videor vultus mente videre tuos
Deniqz tantus amor nobis carissime semper
Quantus in aneiden: actoridemqz fuit
Non ego: si biberes securæ pocula lathes
Excidere hæc credam pectore posse tuo
Longa dies citior brumali tempore: noxqz
Tardior hyberna solstitialis erit. E
Nec babilon æstum: nec frigora pontbus habebit
Caltaqz pestanas vincet odore rosas:
Quam tibi nostrarum veniant oblivia rerum
Non ita pars fati candida nulla mei est
Ne tamen hæc dici possit fiducia mendax:
Stultaqz crudelitas nostra fuisse caue

Ad Solanum.

Scilicet ingeniis aliqua est concordia iunctis F
Et seruat studii fœdera quisqz sui
Rusticus agricolam: miles fera bella gerentem
Rectorem dubiæ nauita puppis amat

Ad Gracinum.

Corripis: vt debes: stulti peccata sodalis: G
Et mala me meritis ferre minora doles:
Vera facis: sed sera mea conuitia culpæ
Aspera confesso verba remitte reo
¶ Turpe erit in miseris veteri tibi rebus amico
Auxilium nulla parte tulisse tuum
Turpe referre pedem: nec passu stare tenaci
Turpe laborantem deseruisse ratem
Turpe sequi casum: & fortunæ cedere: amicum
Et nisi sit fœlix: esse negare suum.
Non ita vixerunt Strophio: atqz agamennone nati

Non hæc Aegidæ: Pirythoiq; fides.
Quos prior est mirata: sequens mirabitur ætas
In quorum plausu tota theatra sonant
¶ Fac modo permaneas lapso gratiæ fidelis:
Duret & in longas impetus iste moras.
Ad Atticum secundo.
H Proxima subsequitur quid agas audire voluntas:
Et modo si quid agas sit tibi cura mei
Nec dubito quin sit: sed me timor ipse malorum
Sæpe superuacuos cogit habere metus
Da veniam quæso. nimioq; ignosce timori
Tranquillas etiam naufragus horret aquas
Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo
Omnibus vnca cibis ære subesse putat
Sæpe canem visum longe fugit agna: lupumq;
Credit: & ipsa suam nescia vitat opem.
Membra reformidant mollem quoq; saucia tactum:
Vanaq; sollicitis incitat vmbra metum
Sic ego fortunæ telis confixus iniquis
Pectore concipio nil nisi triste meo.
I Iam dolor in morem venit meus vtq; caducis
Percussu crebro saxa cauantur aquis
Sic ego continuo fortunæ vulneror ictu:
Vixq; habet in nobis iam noua plaga locum
Nec magis assiduo vomer tenuatur ab vsu.
Nec magis est curuis appia trita rotis
Pectora quam mea sunt serie calcata malorum:
Et nihil inueni: quod mihi ferret opem
K Artibus ingenuis quæsita est gloria multis
Infœlix perii dotibus ipse meis
L Temperie cœli: corpusq; animusq; iuuatur
M Omnia deficiunt animus tamen omnia vincit

Ille etiam vires corpus habere facit

Ad Cottam.

Fœlices illi qui non simulacra: sed ipsos N
Quiq3 deum coram corpora vera vident

Ad Cotim.

Regia: crede mihi: res est succurrere lapsis O
Conuenit & tanto: quantus es ipse: viro
Conueniens homini est hominem seruare voluptas: P
Et melior nulla quæritur arte fauor

Ad Macrum.

Sunt tamen inter se communia sacra poetis Q
Diuersum quamuis quisq3 sequatur iter

Ad Rufum.

Vt ꝙ ꝙ longe toto sumus orbe remoti R
Scire tamen possis nos meminisse tui
Nominis ante mei venient obliuia nobis
Pectore: ꝙ pietas sit tua pulsa meo.
Et prius hanc animam vacuas reddemus in auras
Quam fiat meriti gratia vana tui
Acer & ad palmæ per se cursurus honores S
Si tamen horteris fortius ibit equus
O referant grates. quoniam non possumus ipsi T
Dii tibi: qui referent. si pia facta vident.

Ex Li. iii. De ponto. Ad Cottam.

COrpora debentur mæstis exanguia bustis V
Effugiunt structos nomen: bonosq3 rogos.
Occidit & theseus: & qui comitauit orestem.
Sed tamen in laudes viuit vterq3 suas
Ire iubet pylades carum periturus orestem: X
Hic negat: Inq3 vicem pugnat vterq3 mori
Extitit hoc vnum quod non conuenerat illis:
Cætera pars concors & sine lite fuit

¶ Fabula narrata est postq̃ vulgaris ab illo
Laudarunt omnes facta piamq; fidem.
Scilicet hic etiam qua nulla ferocior ora est.
Nomen amicitiæ barbara corda mouet.

Ad Ruffinum.

y Vtq; reformidant insuetum lumina solem.
Sic ad læticiam mens mea segnis erat
z Est quoq; cunctarum nouitas gratissima rerum:
¶ Gratiaq; officio quod mora tardat abest.
A Scripta placent a morte quidem quia lædere viuos
Liuor: & inuiso carpere dente solet
B Vt desint vires tamen est laudanda voluntas
Hac ego contentos suspicor esse deos.
Hæc facit: vt veniat pauper quoq; gratus ad aras.
Et placeat cæso non minus agna boue.
C Quo pede nunc vtar dubia est sententia nobis.
D Ista dei vox est. Deus est in pectore nostro
Hoc duce prædico: vaticinorq; deo.

Ad amicum innominatum.

E Crede mihi miseris cœlestia numina parcunt
Nec semper læsos & sine fine premunt.
Principe nec nostro deus est moderatior vllus
Iusticia vires temperat ille suas.
F Adde q̃ extinctos: vel aqua: vel marte: vel igne
Nulla potest iterum restituisse dies.
Restituit multos: aut pœnæ parte leuauit
Cæsar. & in multis me precor esse velit
G Desine mitem animum vano informare timore
Sæua quid in placidis saxa vereris aquis.

Ad Amicos.

H Hoc quoq; naso feres. etenim maiora tulisti:
Iam tibi sentiri sarcina nulla potest.

Ductus ab armento taurus detractat aratrum
Subtrahit:& duro colla nouella iugo.
Nos quibus assueuit fatum crudeliter uti:
Ad mala iam pridem non sumus ulla rudes.
Curando fieri quædam maiora videmus I
Vulnera:quæ melius non tetigisse fuit
Ad maximum.
Dignius est argento:fuluo quoqz dignior auro: K
Sed te cum donas ista iuuare solent
Ad Brutum.
Ipse ego librorum video delicta meorum: L
Cum sua plus iusto carmina quisqz probet.
Auctor opus laudat:sic forsitan actius olim
Thersiten facie dixerit esse bona
Scribentem iuuat ipse fauor:minuitqz laborem: M
Cumqz suo crescens pectore feruet opus.
¶ Læta fere lætus cecini.cano tristia tristis
Conueniens operi tempus utrumqz suo est.
Cum totiens eadem dicam vix audior ulli: N
Verbaqz profectu dissimulata carent.
Ex.iiii.Li.De Ponto.Ad sextum Pompeium primo.
DA mihi si quid ea est,hebetantem pectora lethem. O
Oblitus potero non tamen esse tui.
Ad Seuerum.
Nec tamen ingenium nobis respondet ut ante P
Sed siccum sterili vomere littus aro
Scilicet:ut limus venas excecat in undis:
Læsaqz suppresso fonte resistit aqua.
Pectora sic mea sunt limo vitiata malorum:
Et carmen vena pauperiore fluit
¶ Da veniam fesso.studiis quoqz frena remissi:
Ducitur & digitis littera rara meis

Impetus ille sacer: qui vatum pectora nutrit:
Qui prius in nobis esse solebat: abest
Q Excitat auditor studium: laudataqꝫ virtus
Crescit: & immensum gloria calcar habet
Ad quendam sine nomine.
R Dum mea puppis erat valida fundata carina:
Qui mecum velles currere primus eras.
Nunc quia contraxit vultu fortuna recedis
Auxilio postꝙ scis opus esse tuo
Aut age dic aliquam: quae te mutauerit iram
Nam nisi iuxta tua est: iusta querela mea est.
S Quid facis ah demens. cur si fortuna recedat
Naufragio lachrymas eriptis ipse tuo.
Haec dea non stabili: ꝙ sit leuis orbe fatetur
Quod summum dubio sub pede semper habet
¶ Omnia sunt hominum tenui pendentia filo
Et subito casu: quae valuere ruunt.
T Diuitis audita est cui non opulentia croesi.
Nempe tamen vitam captus ab hoste tulit
V Ille siracusia modo formidatus in vrbe
Vix humili duram repulit arte famem.
X Quid fuerat magno maius. tamen ille rogauit
Summissa fugiens voce clientis opem
Cuiqꝫ viro totus terrarum paruit orbis
Indignus effectus omnibus ipse magis
y Ille iugurthino clarus: cymbroqꝫ triumpho
Quo victrix totiens consule roma fuit
In coeno marius iacuit: cannaqꝫ palustri
Pertulit: & tanto multa pudenda viro.
¶ Ludit in humanis diuina potentia rebus
ʒ Et certam praesens vix habet hora fidem
Tu quoqꝫ fac timeas: & quae tibi laeta videntur

Dum loqueris: fieri tristia posse puta

Ad Sextum Pompeium secundo.

Nulla dies adeo est australibus humida nimbis A
Non intermissis vt fluat imber aquis
Nec sterilis locus vllus ita est: vt non sit in illo
Mixta fere duris vtilis herba rubis
En ego lætatum venio tibi nuncia rerum B
Fama per immensas aere lapsa vias.

Ad brutum.

Immemor illorum: vestri non immemor vnq̄: C
Qui mala sollicite nostra leuatis ero.

Ad vestalem.

Pugnat ad exemplum primi minor ordine pili: D
Multaqz fert miles: vulnera multa facit
Sed tantum virtus alios tua præterit omnes. E
Ante citos quantum pegasus ibat equos

Ad Suillium.

Vt iam nil præstes animi sum factus amici F
Debitor: & meritum velle iuuare voco
Parua quidem fateor pro magnis munera reddi
Cum pro concessa verba salute damus
Sed qui quam potuit dat maxima: gratus abunde est:
Et finem pietas contigit illa suam.
Nec quæ de parua pauper diis libat acerra
Thura minus grandi: q̄ data lance valent
Agnaqz tam lactens: q̄ gramine pasta phalisco
Victima tarpeios inficit icta focos
Carmine fit viuax virtus: expersqz sepulchri G
Notitiam: seræ posteritatis habet.
Tabida consumit ferrum lapidemqz vetustas: H
Nullaqz res maius tempore robur habet.

Ad Græcinum

I Multiplicat tamen hunc grauitas auctoris honorem.
Et maiestatem res data dantis habet.
K Et tamen hæc tangent aliquando cæsaris aures.
Nil illum toto quod fit in orbe latet.
Tu certe scis hæc superis accite: videsq;
Cæsar: & est oculis subdita terra tuis.

Ad Albinouanum.

L Gutta cauat lapidem: consumitur annulus vsu:
Et teritur pressa vomer aduncus humo.

Ad Tuticanum.

M Nec quid agam inuenio: nec quid nolimue: velimue:
Nec satis vtilitas est mea nota mihi:
Crede mihi miseros prudentia prima relinquit.
Et sensus: cum re: consiliumq; fugit.

Ad Sextum Pompeium Tertio.

N Et pudet: & metuo semperq;: eademq; precari.
Ne subeant animo tedia iusta tuo
¶ Verum quid faciam. res immoderata cupido est.
Da veniam vitio mitis amice meo.
O Semper inoblita repetam tua carmina mente:
Et mea me tellus audiet esse tuam.

Ad Inuidum.

P Omnia perdidimus tantūmodo vita relicta est
Prabeat vt sensum: materiamq; mali.
Quid iuuat extinctos ferrum dimittere in artus.
Non habet in nobis iam noua plaga locum.

Ex libris .P.O.N. De fine titulo. Ex li.i.flo.ele.

Q ME miserum certas habuit puer ille sagittas
Vxor. ¶ Et in vacuo pectore regnat amor
R Cedimus. an subitum luctando accedimus ignem
Cedamus leue fit quod bene fertur onus:
Vidi ego iactatas mota face crescere flammas.

Et vidi nullo concutiente mori.
Multa miser timeo quia feci multa proterue: S
Exempliqȝ metu torqueor ipse mei
Nox & amor: vinumqȝ nihil moderabile suadent T
Illa pudore vacat: liber: amorqȝ metu:
At tu ne dubita minuet vindicta dolorem. V
Quaslibet infirmas adiuuat ira manus: X
Labitur occulte: fallitqȝ volatilis ætas: y
Et celer amissis labitur annus equis.
Quid dabit: ille tibi magno sit maior homero. ȝ
Crede mihi: res est ingeniosa dare:
Impia sub dulci melle venena latent. A
Militat omnis amans: & habet sua castra cupido B
Attice. crede mihi: militat omnis amans.
Quis nisi vel miles: vel amans: & frigora noctis:
Et denso mixtas perferet imbre niues
¶ Mars dubius: nec certa venus: victiqȝ resurgunt:
Quosqȝ neges vnq̄ posse iacure: cadunt.
Qui non vult fieri desidiosus amet. C
Non bene conducti vēdunt periuria testes. D
Non bene selecti iudicis arca patet.
Turpe reos empta miseros defendere lingua E
Quod faciat magnas turpe tribunal opes.
Non habet euentus sordida præda bonos F
¶ Non fuit armillas tanti tetigisse sabinas:
Vt premerent sacræ virginis arma caput.
¶ Ex quibus exierat: traiecit viscera ferro
Filius: & pœnæ causa monile fuit.
Scindentur vestes: gemmæ frangentur: & aurum. G
Carmina quam tribuent: fama perennis erit.
Pascitur in viuis liuor: post fata quiescit. H
Tunc suus ex merito quemqȝ tuetur honos.

Ex Libro.ii. De sine titulo.

I Quis minor est autem: quam tacuisse labor:
K Aequo animo poenam qui meruere: ferunt
L Infoelix tota quicumqz quiescere nocte
Sustinet: & somnos praemia magna vocat.
¶ Stulte: quid est somnus: gelidae nisi mortis imago.
Longa quiescend tempora fata dabunt.
M Tu leuis es. multoqz tuis ventosior alis.
Gaudiaqz ambigua: dasqz: negasqz fide.
N At vos: quod quisqz loquatur
Credite: credenti nulla procella nocet.
O Nauita sollicitus quoqz ventos horret iniquos:
Et prope tam laetum: quam prope cernit aquam.
Quod si concussas triton exasperat vndas:
Qui tibi nunc toto est nullus in ore color.
Tu generosa voces foecundae sydera ledae:
Et foelix dicas: quem sua terra tenet.
P Nisi rapta fuisset
Tindaris: europae pax: asiaeqz foret.
Foemina siluestres lapbitas populumqz biformen
Turpiter apposito vertit in arma mero.
Foemina troianos iterum noua bella mouere
Impulit: in regno iuste latine tuo.
Foemina romanis etiam nunc vrbe recenti
Immissit soceros: armaqz saeua dedit.
Q Verba puellarum foliis leuiora caducis.
Irritaqz vt visum est: ventus: & vnda ferunt.
R Quod licet: ingratum est: quod non licet: acrius vrit:

Ex.iiii.lib. & vltimo. De sine titulo.

S Dure vir imposito tenerae custode puellae
Nil agis ingenio quaeqz tuenda suo est
Siquia motu dempto casta est ea deniqz casta est:

Que quia non liceat:ns n facit:illa facit.
Vt iam seruatis bene corpus:adultera mens est.
Nec custodrii(nivelit)vlla potest.
Nec mentem seruare potes:licet omnia claudas.
Omnibus exclusis intus adulter erit.
¶ Cui peccare licet:peccat minus. Ipsa potestas
Semina nequitie languidiora facit.
Nitimur in vetitum semper:cupimusqz negata:
Sic interdictis imminet eger aquis.
Centum fronte oculos:centum ceruice gerebat
Argus:& bos vnus sepe fefellit amor
In thalamo danae saxo:ferroqz perenni:
Que fuerat virgo tradita:mater erat.
¶ Penelope mansit(quis custode careret)
Inter tam multos intemerata procos.
Quid mihi fortune tantum.quid regna sineusu. T
Quid nisi possedi diues auarus opes.
Sic aret mediis taciti vulgator in vndis
Pomaqz:que nullo tempore tangat:habet:
Ingenium quondam fuerat preciosius auro: V
At nunc barbaria est grandis habere nihil.
¶ Iuppiter admonitus nihil esse potentius auro
Corrupte precium virginis ipse fuit.
Dum merces aberat:durus pater.ipsa seuera:
Aerati postes:ferrea turris erat.
Sed postq̄ sapiens in munera venit adulter.
Prebuit ipsa sinus & dare iussa dedit.
Curia pauperibus clausa est.dat census honores: X
Inde grauis iudex.inde seuerus eques
O si neglecti quisq̄ est deus vltor amantis. y
Iam male quesitas puluere vertet opes:
Scilicet omne sacrum mors importuna prophanat. z

Omnibus obscuras iniicit illa manus.
Quid nos sacra iuuant. quid nunc ægyptia prosunt
Sistra. quid in vacuo secubuisse thoro.
¶ Cum rapiant mala fata bonos: ignoscite fasso.
Sollicitor nullos esse putare deos.
Viue tamen moriture pius: cole sacra: colentem
Mors grauis a templis in caua busta trahet.
¶ Carminibus confide bonos. iacet ecce tibullus:
Vix manet ex toto: parua quod vrna capit.
Si tamen e nobis aliquid: nisi nomen & vmbra
Restat in: Elysia valle tibullus erit.
Multa diuq; tuli vitiis patientia victa est.
Cede fatigato pectore turpis amor.
Scilicet asserui iam me: fugiq; cathenas:
Et quæ non puduit ferre: tulisse pudet.
Vicimus & dominum pedibus calcamus amorem.
Venerunt capiti cornua sera meo.
¶ Perfer: & obdura: dolor hic tibi proderit olim:
Sæpe tulit fessis sucus amarus opem.
B Desine blanditias & verba potentia quondam.
Perdere: iam non ego sum stultus vt ante fui.
¶ Luctantur pectusq; leue in contraria ducunt
Hac amor: hac odium: sed puto vincet amor:
Odero si potero: si non: inuitus amabo
Nec iuga taurus amat. quæ tamen odit habet.

Ex Libris. P.O.N. De tristibus. Ex lib. i. Librum alloquitur.

C Iudicis officium est: vt res: ita tempora rerum
Quærere: quæsito tempore tutus eris.
D Carmina proueniunt animo deducta sereno.
Nubila sunt subitis tempora nostra malis.
Carmina secessum scribentis & otia quærunt.

Me mare: me venti: me fera iactat hyems.
Terretur minimo pennæ stridore columba E
Vnguibus accipiter saucia facta tuis.
Non procul a stabulis audet discedere: si qua
Excussa est auidi dentibus agna lupi.
Vitaret cœlum phæton si viueret. Et quos
Optauit stulte tangere nollet equos.
Et mea cymba semel vasta percussa procella
Illum quo læsa est horret adire locum.
Ergo caue liber: & timida circumspice mente:
Vt satis e media sit tibi phœbe legi.
¶ Dum petit infirmis nimium sublimia pennis.
Icarus: Icareas nomine fecit aquas.
Difficile est tamen hic remis vtaris: an aura F
Dicere: consilium resq3: locusq3 dabunt.

Supplicatio ad deos in maris periculo. G

Dii maris: & cœli (quid enim nisi vota supersunt.)
Parcite quassatæ soluere membra ratis:
¶ Nec letum timeo: genus at miserabile leti.
Demite naufragium. mors mihi munus erit.
Si tamen acta deos nunq̄ mortalia fallunt. H
A culpa facinus scitis abesse mea.

De discessu suo ex vrbe.

Quocunq3 aspiceres: gemitus: luctusq3 sonabant: I
Formaq3 non taciti funeris intus erat.
Si licet exemplis in paruis grandibus vti:
Hæc facies troiæ dum caperetur erat.

Ad Amicum Fidelem.

Hæc mihi semper erunt imis infixa medullis: K
Perpetuusq3 animæ debitor huius ero.
Spiritus hic vacuas prius extenuandus in auras
Ibit: & in tepido desereret ossa rogo:

Quam subeant animo meritorum obliuia nostro:
Et longa pietas excidat ista die.
Dii tibi sint faciles: & opis nullius egentem
Fortunam præstant dissimilemq3 meæ.
L Si tamen hæc nauis vento ferretur amico
Ignoraretur forsitan ista fides
Thesea pirithous non tam sensisset amicum.
Si non infernas viuus adisset aquas.
Vt foret exemplum veri phoceus amoris.
Fecerunt furiæ tristis Oreste tuæ.
Si non Eurialus rutulos cecidisset in hostes.
Hyrtacite nissi gloria nulla foret.
Scilicet vt fuluum spectatur in ignibus aurum:
Tempore sic duro est inspicienda fides.
M Dum iuuat & vultu ridet fortuna sereno.
Indelibatas cuncta sequuntur opes.
At simul intonuit: fugiunt: nec noscitur vlli
Agminibus comitum qui modo cinctus erat.
Atq3 hæc exemplis quondam collecta priorum
Nunc mihi sunt propriis cognita vera malis.
Vix duo: tresue mihi de tot superestis amici.
Cetera fortunæ non mea turba fuit.
N Quo magis o pauci rebus succurrite lapsis:
Et date naufragio littora tuta meo.
O Scire meos casus si quis desiderat omnes
Plusq3: quod fieri res sinit: ipse petit.
Tot mala sum passus: quot in æthere sydera lucent:
Paruaq3 quot siccus corpora puluis habet:
Multaq3 credibili tulimus maiora: ratamq3
Quamuis acciderint non habitura fidem.
Pars etiam quædam mecum moriatur oportet:
Meq3 velim possint dissimulante tegi.

Si vox in fragilis: pectus mihi firmius esset:
Pluraqȝ cum linguis pluribus ora forent.
Non tamen iccirco complecterer omnia verbis.
Materia vires exuperante meas.

In amicum fidifragum.

In caput alta suum labentur ab æquore retro: P
Flumina. conuersis solqȝ recurret equis.
Terra feret stellas: cœlum scindetur aratro.
Vnda dabit flammas: & dabit ignis aquas.
Omnia naturæ præpostera legibus ibunt:
Parsqȝ suum mundi nulla tenebit iter.
Omnia iam fient: fieri quæ posse negabam:
Et nihil est de quo non sit habenda fides
Hæc ego vaticinor: quia sum deceptus ab illo:
Laturum misero: quem mihi rebar opem.
¶ Illud amicitiæ sanctum & venerabile nomen
Re tibi pro vili sub pedibusqȝ iacet.

Ad amicum quod vulgus fortunam sequitur.

Donec eris fœlix multos numerabis amicos. Q
Tempora si fuerint nubila: solus eris.
Aspicis vt veniant ad candida tecta columbæ.
Accipiat nullas sordida turris aues.
Horrea formicæ tendunt ad inania nunquam.
Nullus ad amissas ibit amicus opes.
Vtqȝ comes radios per solis euntibus vmbra est
Cum latet hic pressus nubibus: illa fugit:
Mobile sic sequitur fortunæ lumina vulgus:
Quæ simul inducta nube teguntur: abit.
Qua potes excusa: nec amici desere causam. R
Quo pede cœpisti: sic bene semper eas.

Ad lectorem de libro primo.

Ipse gubernator tollens ad sydera palmas. S

Exposcit votis immemor artis opem
Quocumqꝫ aspexit nihil est: nisi mortis imago:
Quam dubia timeo mente timensqꝫ precor.

Ex.ii.li. De tristibus. Ad Augustum Cæsarem

T HOc precium curæ: vigilatorumqꝫ laborum
Cœpimus: ingenio est pœna reperta mea
V Si quotiens peccant homines sua fulmina mittat
Iuppiter: exiguo tempore inermis erit
Nunc vbi detonuit: strepituqꝫ exterruit orbem
Purum discussis aera reddit aquis
Iure igitur rectorqꝫ deum: genitorqꝫ vocatur
Iure capax mundus: nil Ioue maius habet
X Non tua carminibus maior fit gloria nec quo
Vt maior fiat crescere possit habet:
¶ Sed tamen vt fuso taurorum sanguine centum
Sic capitur minimo thuris honore deus
y Sed solet interdum fieri placabile numen
Nube solet pulsa candidus ire dies
ʒ Non precor vt redeam: quamuis maiora petitis
Credibile est magnos sæpe dedisse deos
A Vtqꝫ, deum cœlumqꝫ simul sublime tuenti
Non vacat exiguis rebus adesse Ioui
A te pendentem sic dum circumspicis orbem
Effugiunt curas inferiora tuas
B Nil prodest: quod non lædere possit idem
Igne quid vtilius. si quis tamen vrere tecta
Apparat: audaces instruit igne manus
Eripit interdum: modo dat medicina salutem
Quæqꝫ iuuet monstrat: quæqꝫ sit herba nocens
Et latro & cautus præcingitur ense viator
Ille sed insidias. hic sibi portat opem
C Discitur innocuas vt agat facundia causas.

Protegit hæc sontes: immeritosqꝫ premit
Sic igitur carmen: recta si mente legatur
Constabit nulli posse nocere meum.
Omnia peruersas possunt corrumpere mentes D
Stant tamen illa suis: omnia tuta locis
Quodqꝫ parum nouit: nemo docere potest. E
Crede mihi distant mores a carmine nostro F
Vita verecunda est: musa iocosa mea est
Nec liber indicium est animi sed honesta voluntas
Plurima mulcendis auribus apta refert
Actius esset atrox conuiua terentius esset:
Essent pugnaces: qui fera bella canunt
Omne genus scripti grauitate tragœdia vincit: G
Hæc quoqꝫ materiam semper amoris habet.
Perdere rem charam tempora nostra solent. H
Cumqꝫ fefellit amans aliqua nouitate maritum I
Plauditur: & magno palma fauore datur
Nos quoqꝫ iam pridem scripto peccauimus isto K
Supplicium patitur non noua culpa nouam
Ex li.iii. De tristibus. Liber ad Lectorem.
QViqꝫ fugax rerum: securaqꝫ in otia natus L
Mollis: & impatiens ante laboris eram
Vltima nunc patior: nec me mare portubus orbum
Perdere diuersæ nec potuere viæ.
Suffecitqꝫ malis animus. nam corpus ab illo
Accæpit vires: vixqꝫ ferenda tulit
Nil nisi flere libet: nec nostro parcior hymber M
Lumine: de verna quæ niue manat aqua.
¶ Ad amicum de magnorum consuetudine fugienda.
O mihi chare quidem semper sed tempore duro N
Cognite: res postꝙ procubuere meæ.
Vsibus e docto siquicꝙ credis amico O

Viue tibi & longe nomina magna fuge
Viue tibi quantu(m)q(ue) potes .prælustria vita
Sæuum prælustri fulmen ab arce venit
Nam q(uam)q(uam) soli possunt prodesse potentes
Non prosunt potius plurimum obesse solent
Effugit hybernas demissa antenna procellas
Lataq(ue) plus paruis vela tumoris habent:
Qui cadit in plano(vix hoc tamen euenit ipsum)
Sic cadit:vt tacta surgere possit humo
At miser alpenor tecto delapsus ab alto.
Occurrit regi flebilis vmbra suo
Quid fuit:vt tutas agitaret dædalus alas.
Icarus immensas nomine fecit aquas:
Nempe quod hic alte:demissius ille volabat
Nam pennas ambo non habuere suas
Crede mihi bene qui latuit:bene vixit:& intra
Fortunam debet quisq(ue) manere suam
Non foret Eumenides orbus:si filius eius
Stultus achilleos non adamasset equos
Nec natum in flamma vidisset in arbore natas
Cœpisset genitor si phaetonta merops
Tu quoq(ue) formida nimium sublimia semper:
Propositiq(ue) memor contrahe vela tui
Viue sine inuidia:mollesq(ue) inglorius annos
Exige. ¶ Amicitias & tibi iunge pares
P Scire tamen:q(uam)uis longa regione remotus
Absim vos animo semper inesse meo
Ad Charum.
Q Vt cecidi:cunctiq(ue) metu fugere ruinam:
Versaq(ue) amicitiæ terga dedere meæ
R Quo quisq(ue) est maior magis est placabilis ira
Et faciles motus mens generosa capit

Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni:
Pugna suum, finem: cum iacet hostis habet
At lupus: & turpes instant morientibus vrsi:
Et quęcunqꝫ minor nobilitate fera est.

Ad perbillam eius filiam vt ad virtutem se conferat

Viuere me dices: sed sic: vt viuere nolim S
Nec mala sunt longa nostra leuato mora
Ista decens facies longis vitiabitur annis: T
Rugaqꝫ in antiqua fronte senilis erit:
Iniicietqꝫ manus formę damnosa senectus:
Quę strepitum passu non faciente venit
¶ Cumqꝫ aliquis decet: fuit hęc formosa dolebis:
Et speculum mendax esse querere tuum
Sunt & opes modicę: cum sis dignissima magnis V
Finge sed immensis censibus esse pares.
Nempe dat: & quodcunqꝫ libet fortuna: rapitqꝫ
Irus & est subito: qui modo crœsus erat.
Singula quid referam. nil non mortale tenemus A
Pectoris exceptis: ingeniiqꝫ bonis
En ego cum patria: caream vobisqꝫ: domoqꝫ:
Raptaqꝫ sint adimi quę potuere mihi
Ingenio tamen ipse meo: comitorqꝫ: fruorqꝫ
Cęsar in hoc potuit iuris habere nihil
Quilibet hac sęuo vitam mihi finiat ense
Me tamen extincto fama superstes erit

De miseria sua ad amicos:

Nec cœlum: nec aquę faciunt: nec terra: nec aurę B
Hei mihi: perpetuus corpora langor habet
Seu vitiant artus ęgrę contagia mentis
Siue mei causa est in regione mali.
Vt tetigi pontum vexant me somnia: vixqꝫ
Ossa tegit macies: nec iuuat ora cibus.

Quotqz fretum pisces: ouaqz piscis habet:
Vere prius flores: æstu numerabis aristas:
Poma per autumnum: frigoribusqz niues
Quam mala quæ patior toto iactatus in orbe
Dum miser euxini littora sæua peto
Sæpe etiam lacbrymæ sunt me scribente profusæ: K
Humidaqz est flætu littera facta meo:
Corqz vetusta meum: tanq̃ noua vulnera norit:
Inqz sinum mœstæ labitur hymber aquæ.
Dum vice mutata: qui sim: fuerimqz recordor:
Et tulerit me quo casus: & vnde subit.

Ad vxorem.

Fleqz meos casus: est quædam flere voluptas. L
Expletur lachrymis: egeriturqz dolor
Materiamqz tuis tristem virtutibus imple. M
Ardua per præceps gloria vadit iter
Hectora quis nosset: fœlix si troia fuisset.
Publica virtutis per mala facta via est.
Ars tua typhi iacet: si non sit in æquore fluctus
Si valeant homines: ars tua prœbe vacet
Quæ latet inqz bonis cessat non cognita rebus
Apparet virtus: arguiturqz malis
Dat tibi nostra locum tituli fortuna: caputqz
Conspicuum pietas quo tua tollat habet
Vtere temporibus quorum nunc munere freta es:
Et patet in laudes aera lata tuas

¶ Ad quendam nobilem.

Nec procul a nobis locus est vbi taurica dira N
Cede faretratæ spargitur ara deæ.
Quo postq̃ dubium est pius an sceleratus horestes.
Exactus furiis venerat ipse suis.
Et comes exemplum veri phoceus amoris

Qui duo corporibus mentibus vnus erant.
Protinus euincti tristem ducuntur ad aram:
Quæ stabat geminas ante cruenta fores.
Nec tamen hunc sua mors: nec mors sua terruit illũ.
Alter ab alterius funere mœstus erat
Et iam constiterat stricto mucrone sacerdos
Cinxerat & graias barbara vitta comas
Cum vice sermonis fratrem cognouit & illi
Pro nece complexus ephigenia dedit
Læta deæ signum crudelia sacra perosæ
Transtulit ex illis in meliora locis

Ad amicum præcipuum.

O Tempore ruricolæ patiens fit taurus aratri
Præbet & in curuo colla premenda iugo
Tempore paret equus lentis animosus habenis:
Et placido duros accipit ore lupos
Tempore sæuorum compescitur ira leonum:
Nec feritas animo quæ fuit ante manet.
Quæq; sui iussis obtemperat inda magistri
Bellua seruitium tempore victa subit
Tempus vt extensis tumeat facit vna racemis:
Vixq; merum capiant grana quod intus habent
Tempus & in canas semen producit aristas
Et ne sint tristi poma sapore facit
Hoc dentem tenuat terram renouantis aratri:
Hoc rigidos silices: hæc adamanta terit
Hoc etiam sæuas pa latim mitigat iras
Hoc minuit luctus: mœstaq; corda leuat
Cuncta potest igitur tacito pede lapsa vetustas
Præterq̃ curas attenuare meas
¶Nam neq; sunt vires: nec qui color esse solebat.
Vix habeo tenuem: quæ tegat ossa cutem

Corpore ſed mens eſt ægro magis ægra:maliqȝ
Incircumſpectu ſtat ſine fine ſui
Vna tamen ſpes eſt:quæ me ſolatur in iſtis: P
Hæc fore morte mea non diuturna mala.

Ad amicum vt ſcribat frequenter

Innumeri montes inter me:teqȝ:viæqȝ: Q
Fluminaqȝ:& campi:nec freta pauca iacent
Mille poteſt cauis a te quæ littera ſæpe
Miſſa ſit in noſtras rara venire manus.
Mille tamen cauſas ſcribendo vince frequenter
Excuſem ne te ſemper amice mihi.

Ad amicos.

Nil adeo validum eſt adamas licet alliget illud) R
Vt maneat rapido firmius igne iouis
Nil ita ſublime eſt:ſupraqȝ pericula tendit S
Non ſit vt inferius:ſuppoſitumqȝ deo

De vita ſua.

At mihi iam paruo cæleſtia ſacra placebant: T
Inqȝ ſuum furtim muſa trahebat opus
Sponte ſua carmen numeros veniebat ad aptos
Et quod tentabam ſcribere verſus erat.

Ex.v.atqȝ vltimo li.De triſtibus.Ad lectorem.

Quot frutices ſiluæ:quot flauas tibris harenas: V
Mollia quot martis gramina campus habet
Tot mala pertulimus:quorum medicina:quieſqȝ
Nulla:niſi in ſtudio eſt:pieridumqȝ mora
Strangulat incluſus dolor atqȝ cor æſtuat intus: X
Cogitur & vires multiplicare ſuas
Deniqȝ nulla mihi captatur gloria quæqȝ y
Ingenii ſtimulos ſubdere fama ſolet

Ad vxorem primo.

Pone metum.valeo corpuſqȝ quod ante laborum ȝ

Impatiens nobis: inualidumqꝫ fuit.
Sufficit: atqꝫ ipso vexatum induruit vsu.
An magis infirmo non vacat esse mihi:
A Mens tamen ægra iacet: nec tempore robora sumpsit:
Affectusqꝫ animi: qui fuit ante manet.
Quæqꝫ mora: spacioqꝫ suo coitura putaui
Vulnera non aliter: ꝙ modo facta dolent.
Scilicet exiguis prodest annosa vetustas.
Grandibus accedunt tempora damna malis.
B Littora quot conchas: quot amœna rosaria flores
Quot ve soporiferum grana papauer habet:
Silua feras quot alit: quot piscibus vnda natatur:
Et tenerum pennis aera pulsat auis.
Tot premor aduersis: quæ si comprendere coner.
Icariæ numerum dicere coner aquæ.
C Quid dubitas. O tuta times: accede: rogaqꝫ
Cæsare nil ingens mitius orbis habet.
In festis Bacchi.
D Ipse quoqꝫ æthereas meritis inuectus in arces.
Quo non exiguo facta labore via est.
Epistola loquitur.
E Tristitiæ causam si quis cognoscere quærit.
Ostendi solem postulat ille sibi.
Nec frondes siluis: nec aperto gramina campo
Mollia: nec plano flumine cernit aquas.
Quid priamus doleat mirabitur hectore rapto.
Quid ve philoctetas ictus ab vngue gemat.
F Dii facerent vtinam talis status esset in illo
Vt non tristiciæ causa dolenda foret.
G Fert tamen (vt debet) cosus patienter amaros:
Moreꝗ nec indomiti fræna recusat equi.
H Nec fore perpetuam sperat sibi numinis iram

Conscius in culpa non scelus esse suai

In natali vxoris.

Nil homini certum est: fieri quis posse putaret I
Vt facerent mediis hæc ego sacra getis.
Scilicet aduersis probitas exercita rebus. K
Tristi materiam tempore laudis habet.
Si nihil infesti durus vidisset vlixes:
Penelope fœlix. sed sine laude foret.

Ad amicum vt non deficiat in tuendo ipsum.

Tu quoq3 nostrarum quondam fiducia rerum. L
Qui mihi confugium: qui mihi portus eras
Tu quoq3 suscæpti curam dimittis amici:
Officiiq3 pium tam cito ponis: onus.
Sarcina iam fateor: quam si tu tempore duro
Depositurus eras non subenda fuit.
Fluctibus in mediis nauem palinure relinquis.
Ne fuge: neue tua sit minor arte fides:
Nunquid Achilleos inter fera prælia fidi
Deseruit leuitas Automedontis equos.
Turpius eiicitur: q̄ non admittitur hospes. M
Si mihi non parcis fortunæ parcere debes. N
Non habet in nobis vllius ira locum.
Elige nostrorum minimum: minimumq3 malorum.
Isto quo quæris grandius illud erit.
Quam multa madidæ celantur harundine fossæ:
Florida q̄ multas hybla tuetur apes:
Quam multæ gracili terrena sub horrea ferre:
Limite formicæ grana reperta solent.
Tam me circumstant densorum turba malorum.
Crede mihi: vero est nostra querela minor.
His qui contentus non est: in littus arenas:
In segetem spicas: in mare fundat aquas.

Intempestiuos igitur compesce furores:
Vela neq; in medio desere nostra mari.

De cõditiõe tomitãte regionis & hominũ puersitate.

O Quid potius faciam desertis solus in oris.
Quamue malis aliam quærere coner opem.
Siue locum specto: locus est inamabilis: & quo
Esse potest toto tristius orbe nihil.
Siue homines: vix sunt homines hoc nomine digni:
Quam lupi sæue plus feritatis habent.
Non metuunt leges: sed cedit viribus æquum:
Victaq; pugnaci iura sub ense iacent.

Contra insultantem casibus suis.

P Quæ tibi res animos in me facit improbe. cur ve
Casibus insultas: quos potes ipse pati.
Nec mala te reddunt mitem: placidumq; iacenti
Nostra quibus possunt illachrymare feræ.
Exiget at dignas vltrix rhamnusia pœnas.
Imposito calcas cur mea facta pede.

Q Vilia qui quondam miseris alimenta negarat.
Nunc mendicato pascitur ille cibo.

R Passibus ambiguis fortuna volubilis errat
Et manet in nullo certa tenaxq; loco.
Sed modo læta manet: vultus modo sumit acerbos
Et tantum constans in leuitate sua est.
¶ Nos quoq; floruimus. sed flos fuit ille caducus:
Flammaq; de stipula nostra breuisq; fuit.

Ad amicum qui nolebat nominari.

S Dum lumen vitale tenebo.
Seruiet officio spiritus iste tuo.

De trienio exilii sui.

T Vt sumus in ponto ter f igore constitit bister
Facta est euxini dura ter vnda maris.

At mihi iam videor patria procul esse tot annis
Dardana quot graio troia sub hoste fuit.
Stare putes: adeo procedunt tempora tarde:
Et peragit lentis passibus annus iter.
Nec mihi solsticium quicq̄ de noctibus aufert.
Efficit angustos nec mihi bruma dies.
Scilicet in nobis rerum natura nouata est.
Cumq; mei curis omnia longa facit.
An peragunt solitos communia tempora motus.
Suntq; magis vitæ tempora dura meæ.
Innumeræ gentes circum fera bella minantur. V
Quæ nisi de rapto viuere turpe putant.
Quid loquor ah demens. ipsam quoq; perdere vitam X
Cæsaris offenso numine dignus eram.

Ad vxorem secundo.

Maxima pœna mihi est ipsum offendisse: priusq;
Venisset mallem funeris hora mihi: y

Ad amicum exhortantem vt carmina componat.

Scribis vt oblectem studio lachrymabile tempus z
Ne pereant turpi tempora nostra situ.
Difficile est: quod amice mones. quia carmina lætum:
Sunt opus: & pacem mentis habere volunt.
Nostra per aduersas agitur fortuna procellas.
Sorte: nec vlla mea tristior esse potest.
Exigis vt priamus natorum funere plaudat
Et Niobe festos ducat vt orba choros.
¶ Fracta cadet tantæ sapientia mole ruinæ)
Plus valet humanis viribus ira dei.
Ille senex dictus sapiens ab apolline nullum.
Scribere in hoc casu sustinuisset opus.
Adde: quod ingenium longa rubigine læsum A
Torpet: & est multo: q̄ fuit ante minus.

Fertilis assiduo si non remouetur aratro:
Nil nisi cum spinis gramen habebit ager:
B Deniqз non paruas animo dat gloria vires
Et facunda facit pectora laudis amor:

Ad amicum raro scribentem.

C Quod tua me raro solatur epistola peccas:
Remqз piam praestas: & mihi verba negas:
Hoc precor emenda: quod si correxeris vnum.
Nullus in egregio corpore neuus erit.
D Vtqз solebamus consumere longa loquendo
Tempora sermoni deficiente die:
Sic ferat ac referat tacitas nunc littera voces:
Et peragant lingua cartha: manusqз vices:
Quod tibi: ne nimium videar diffidere: sitqз
Versibus hoc paucis admonuisse satis.
¶ Accipe quo semper finitur epistola verbo:
Atqз meis distent vt tua fata: vale.

Ad vxorem tertio.

E Quanta tibi dederim nostris monimenta libellis.
O mihi me coniunx charior ipsa vides:
Non ego diuitias dando: tibi plura dedissem.
Diuitis ad manes nil feret vmbra suos.
F Rara quidem est virtus: quam non fortuna gubernat:
Quae maneat: stabit cum fugit illa pede.
G Si qua tamen precii sibi merces ipsa petiti est.
Inqз parum laetis ardua rebus adest.
Si tempus numeres per saecula nulla tacetur.
Et loca mirantur: qua patet orbis iter.
Aspicis: vt longo teneat laudabilis aeuo
Nomen inextinctum penelopea fides.
¶ Cernis: vt admeti cantetur & hectoris vxor.
Ausaqз in accensos hyphias ire rogos.

Vt viuat fama coniunx phylaceia cuius
Illiacam celeri vir pede pressit humum.
Nil opus est morte pro me: sed amore: fideq; H
Non ex difficili fama petenda tibi est.
Nec te credideris (quia non facis ista) moneri. I
Vela damus: quãuis remige puppis eat.
Qui monet vt facias quod iam facis. ille monendo:
Laudat: & hortatu comprobat acta suo.
Ex Libro.P.O.N. De faciei medicamine.
FOeminea vestri potiuntur lege mariti. K
Et vix ad cultus nupta quod addat habet.
Laudatas homini volucris iunonia pennas: L
Explicat: & forma multa superbit auis.
Prima sit in vobis morum tutela puellæ. M
Ingenio facile conciliante placent.
Certus amor morum est. ¶ Formam populabitur ætas.
Et placidus rugis vultus aratus erit.
¶ Tempus erit: quo vos speculum vidisse pigebit.
Et veniet rugis: altera causa dolor.
¶ Sufficit & longum probitas perdurat in æuum
Perq; suos annos hinc bene pendet amor.
Ex Li. De Philomena siue Ouidii fuerit siue non.
DVlcis amica veni noctis solatia præstans. N
Inter aues & enim nulla tibi similis.
Tu philomena potes vocum discrimina mille.
Mille potes varios ipsa referre modos.
Nam quamuis aliæ volucres modulamina tentent.
Nulla potest modulis æquiualere tuis.
Insuper est auium spatiis garrire diurnis:
Tu cantare simul nocte: dieq; potes.
At castus turtur: atq; columba gemunt. O
Psitacus humanas depromit voce loquelas: P

Atq; suo domino chere: sonatq; vale.
Q Pica loquax varias modulatur gutture voces.
Scuriliter strepitu quicquid & audit ait.
R Scribere me voces auium philomena coegit.
Quæ cantu cunctas exuperat volucres:
S Sed cunctas species animantum nemo notauit:
Atq; sonos ideo dicere quis poterit.
T Cuncta suo domino depromunt munera laudum.
Seu semper sileant: siue sonare queant.
Ex epistola.P.O.N. Ad Liuiã de morte filii cõsolatoria.
V HEi mihi quam facile est: quãuis hoc contigit omnes.
Alterius luctu fortia verba loqui.
X Scilicet exiguo percussa es fulminis ictu.
Fortior vt possis cladibus esse tuis:
A Quid tibi nunc mores prosunt: actumq; pudice
Omne æuum: & tanto iam placuisse viro.
Quidq; pudicitia tantum inuiolata bonorum
vltima sit landes inter vt illa tuas.
Quid tenuisse animum contra sua sæcula rectum
Altius & vitiis exeruisse caput:
Nec nocuisse vlli: & fortunam habuisse nocendi.
Nec quẽq̃ neruos extimuisse tuos.
Nec vires errasse tuas campoq;: foroq;.
Quãq; licet citra constituisse domum.
Nempe per hoc etiam fortunæ iniuria mores
Regnat: & incerta est hic quoq; nixa rota.
Hic quoq; sentitur ne quid non improba carpat.
Sæuit: & iniustum ius sibi vbiq; facit.
Scilicet immunis si luctus vna fuisset
Liuia: fortunæ regna minora forent.
B Omnis adest ætas: mærent iuuenesq;: senesq;:
Ausoniæ matres: ausoniæq; nurus.

Facta ducis viuent operosaqꝫ gloria rerum: C
Hæc manet:hæc auidos effugit vna rogos.
Imposuit te alto fortuna:locumqꝫ teneri D
Iussit:honoratum liuia perfer onus.
Ad te oculos:aures qꝫ trahis:tua facta notamus.
Nec vox missa potest principis ore tegi.
Alta mane:supraqꝫ tuos exurge dolores:
In fragilemqꝫ animum:quo potes vsqꝫ tene.
An melius per te virtutum exempla petemus:
Quam si romanæ principis edis opus.
Fata manent omnis expectat auarus E
Fortior:& turbe vix satis vna ratis.
Tendimus huc omnes:m:tam properamus ad vnam.
Omnia sub leges mors vocat atra suas.
Vita data est vtenda:data est sine fœnore nobis F
Mutua:nec certa persoluenda die.
Fortunæ arbitriis tempus dispensat vbiqꝫ. G
Illa rapit iuuenes sustulit illa senes.
Quaqꝫ ruit furibunda ruit:totumqꝫ per orbem
Fulminat:& cæcis cæca triumphat equis.
Supprime iam lacbrymas non est reuocabilis istis: H
Quem semel vmbrifera nauita lintre tulit.
¶ Sed rigidum ius est & ineuitabile mortis.
Stant rata non vlla fila tenenda manu.
Ipse tibi emissus nebulosum littus auerni. I
Si liceat forti verba tot ore sonet.
Quid numeras annos.vixi maturior annis.
Acta senem faciunt:hæc numeranda mihi.

Ex Quinti.Horatii flacci carminum seu odarum libris perpulchri flores electi.Ex oda.i.ad Mæcenatem.

Luctantem icarii fluctibus affricum K
Mercator metuens:ocium & oppidi

Laudat rura sui. mox reficit rates
Quassas: indocilis pauperiem pati

L Me doctarum hederæ præmia frontium
Diis miscent superis: me gelidum nemus
Nympharumq; leues cum satyris chori
Secernunt populo.

Ex Oda. iii. Nauem prosequitur qua Virg. Athenis nauigat.

M Illi robur & æs triplex
Circa pectus erat: qui fragilem truci
Commisit: pelago ratem
Primus nec timuit præcipitem affricum
Decertantem aquilonibus
Nec tristes hyadas nec rabiem noti

N Nec quicq; deus abscidit
Prudens occeano dissotiabili
Terras si tamen impiæ
Non tangenda rates transiliunt vada

O Audax omnia perpeti
Gens humana ruit per vetitum nefas

P Nil mortalibus arduum est

Q Cœlum ipsum petimus stultitia. ¶ Neq;
Per nostrum patimur scelus.
Iracunda iouem ponere fulmina

Ex Oda. iiii. Li. i. Ad Sextum de verno tempore

R Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas

S Regumq; turres. ¶ O beate sexti
Vitæ summa breuis spem nos vetat incboare longam.
Iam te premet nox: fabulæq;: & manes:
Et domus exilis plutonia:

Ex Oda. vi. Lib. i. Ad Numantium plancum.

T Albus vt obscuro deterget nubila cœlo
Sæpe nothus: nec parturit imbres

Perpetuos: sic tu sapiens finire memento
Tristiciam: vitaq; labores

Ex Oda.ix.Li.i. Ad Thaliarcum libertum

Quid sit futurum cras fuge quaerere & A
Quem sors dierum cumq; dabit lucro
Appone.

Ex Oda.xi.Li.i. Ad Leucothoen

Tu ne quaesieris: (scire nefas): quem mihi: quem tibi B
Finem dii dederint leucothoe nec babilonios
Tentaris numeros: vt melius quicquid erit pati:
Seu plures hyemes: seu tribuit iuppiter vltimam:
¶ Et spacio breui
Spem longam, reseces dum loquimur fugerit inuida
Aetas. carpe diem. quam minimum credula postero.

Ex Oda.xii.Li.i. De laudibus Deorum atq; hominum

Quid prius. dicam solitis parentum C
Laudibus qui res hominum ac deorum.
Qui mare: & terras: variisq; mundum
Temperat horis
Vnde nil maius generatur ipso D
Nec viget quicq; simile: aut secundum
¶ Proximos illi tamen occupauit
Pallas honores

Ex Oda.xiii.Li.i. Ad Lidiam

Faelices ter: & amplius E
Quos irrupta tenet copula nec malis
Diuulsus querimoniis
Suprema citius soluet amor die

Ex Oda.xviii.Li.i. Ad varum quintilium

At ne quis modici transiliat munera liberi F
Centaurea monet cum laphythis rixa super mero
Debellata monet sithoniis non leuis euchius

Cum fas atqz nefas exiguo fine libidinum
Discernunt auidi.non ego te candide bassareu
Inuitum quatiam.ne variis obsita frondibus
Sub diuum rapiam:sæua tene cum berecyntbio
Cornu timpana quæ subsequitur cæcus amor sui:
Et tollens vacuum plus nimio gloria verticem:
Arcaniqz fides prodiga perlucidior vitro.
Ex Oda.xxii.Li.i.Ad fuscum.
G Integer vitæ scelerisqz purus.
Non eget mauri iaculis:nec arcu:
Nec venenatis grauida sagittis
Fusce pharetra.
Siue per syrtes iter æstuosas.
Siue facturus per inhospitalem
Caucasum vel qua loca fabulosus
Lambit hydaspes.
Ex Oda.xxiiii.Li.i.Ad virgilium.
H Durum:sed leuius fit patientia.
Quicquid corrigere est nefas.
Ex Oda.xxviii.Lib.i.Ad Architam tarentinum.
I Omnes vna manet mors
Et calcanda semel via leti.
Mixta senum ac iuuenum densantur funera:nullum
Sæua caput proserpina fugit.
Ex oda.xxxiiii.Li.i.Ad fortunam Et seipsum.
K Valet ima summis.
Mutare:& insignem attenuat deus
L Obscura promens.¶Hic apicem rapax
Fortuna cum stridore acuto
Sustulit:hic posuisse gaudet
Ex Oda.ii.Li.ii.Ad Salustium crispum
M Nullus argento color est Auaris

Addito terris inimice lamnæ
Crispe salustii nisi temperato
Splendeat usu

Viuet extento proculeius æuo N
Notus in fratres animi paterni
Illum aget penna metuente solui
Fama superstes

Latius regnes auidum domando O
Spiritum quam si lybiam remotis
Gadibus iungas: & uterq; pœnus
Seruiat uni

Crescit indulges sibi dirus hydrops: P
Nec sitim pellit: nisi causa morbi
Fugerit uenis: & aquosus albo
Corpore langor

Redditum cyri solio phrahartem Q
Dissidens phœbi numero beatum
Eximit virtus: populumq; falsis
Dedocet uti

Vocibus regnum: & diadema tutum
Deferens uni: propriamq; laurum
Quisquis ingentis oculo irretorto
Spectat aceruos.

Ex Oda.iii.Li.ii.Ad Delium

Aequam memento rebus in arduis R
Seruare mentem: non secus in bonis
Ab insolenti temperatam
Laticiam moriture deli

¶ Cedes comptis saltibus, & domo
Villaq;: flauus quam tyberis lauit
Cedes & extructis in altum
Diuitiis potietur hæres

Diues ne prisco natus ab inacho
Nil interest: an pauper & infima
De gente sub diuo moreris
Victima nil miserantis orci
Omnes eodem cogimur omnium
Versatur vrna serius ocius
Sors exitura: & nos in æternum
Exilium impositura cymbæ
Ex Oda. ix. Li. ii. Ad Valgium
A Non semper imbres nubibus hispidos
Manant in agros: aut mare caspium
Vexant inæquales procellæ
Vsq3 nec armeniis in oris
Amice valgi: stat glacies iners
Menses per omnes: aut aquilonibus
Quercet a gargani laborant
Et foliis viduantur orni
B Tu semper vrges flebilibus modis
Misten ademptum nec tibi vespero
Surgente decedunt amores
Nec rapidum fugiente solem
C At non ter æuo functus amabilem
Plorauit omnis antilocum senex
Annos: nec impubem parentes
Troilon aut phrygiæ sorores
Fleuere semper desine mollium
Tandem querelarum & potius noua
Cantemus augusti trophæa
Ex Oda. x. Li. ii. Ad licinium
D Rectius viues licini neq3 altum
Semper vrgendo neq3 dum procellas
Cautus horrescis nimium premendo

Littus iniquum
Auream quisquis mediocritatem
Diligit tutus caret obsoleti
Sordidus tecti caret inuidenda
Sobrius aula
Sæpius ventis agitatur ingens E
Pinus:& celsæ grauiore casu
Decidunt turres:feriuntq; summos
Fulgura montes
Sperat infestis:metuit secundis F
Alteram sortem bene præparatum
Pectus informes hyemes reducit
Iuppiter idem
Submouet:nec si male nunc:& olim
Sic erit quondam cythara tacentem
Suscitat musam:neq; semper arcum
Tendit apollo
Rebus angustis animosus:atq;
Fortis appare sapienter idem
Contrahes vento nimium secundo
Turgida vela
Ex Oda.xiii.Li.ii.Ad Arborem cuius casu pene perierat
Quod quisq; vitet:numquam homini satis G
Cautum est in horas
Sed improuisa læti
Vis rapuit:rapietq; gentes
Quam pœnæ fuluæ regna proserpinæ H
¶Et iudicantem vidimus æacum
Sedesq; discretas piorum
Ex Oda.xiiii.Li.ii.Ad posthumum de breuitate vitæ
Heu heu fugaces posthume posthume I
Labuntur anni:nec pietas moram

Rugis & instanti senectæ
Afferet: indomitæq; morti
K Scilicet omnibus
Quicunq; terræ munere vescimur
Enauiganda. siue reges
Siue inopes erimus coloni
L Visendus ater flumine languido
Cocytus errans: & danai genus
Infame damnatusq; longi
Sisyphus æolides laboris.
M Linquenda tellus & domus & placens
Vxor: neq; harum quas colis arborum
Te præter inuisas cupressos
Vlla breuem dominum sequetur
Ex Oda. vxi. Li. ii. Ad Pompeium grosphum
N Ocium diuos rogat in patenti
Prensus ægeo: simul atra nubes
Condidit lunam: neq; certa fulgent
Sydera nautis
Ocium bello furiosa trace
Ocium medi pharetra decori
Grosphe non gemmis neq; purpura ve
Nale neq; auro
O Non enim gaze neq; consularis
Submouet lictor miseros tumultus
Mentis & curas laqueata circum
Tecta volantes
P Viuitur paruo bene cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum
Nec leues somnos timor: aut cupido
Sordidus aufert
Q Lætus in præsens animus: quod vltra est

Oderit curare: & amara lento
Temperet risu nihil est ab omni
Parte beatum
Ex Li.iii. Ex Oda.i. Ad chorum virginum puerorumq;
REgum timendorum in proprios greges R
Reges in ipsos imperium est iouis
Clari giganteo triumpho
Cuncta supercilio mouentis
Est vt vir viro latius ordinet S
Arbusta sulcis hic generosior
Descendat in campum petitor
Moribus hic meliorq; fama
Contendat. illi turba clientum
Sit maior æqua lege necessitas
Sortitur insignes & imos
Omne capax mouet vrna nomen
¶ Districtus ensis cui super impia
Ceruice pendet: non siculę dapes
Dulcem elaborabunt saporem
Non auium: citharæq; cantus
Summum reducent. ¶ Somnus agrestium T
Lenis virorum non humilis domos Fastidit
Timor & minæ V
Scandunt eodem quo dominus: neq;
Decedit ærata triremi
Post equitem sedet atra cura:
Quod si dolentem: nec phrygius lapis
Nec purpurarum sydere clarior
Delinit vsus nec falerna
Vites: achameniumq; costum:
Cur inuidens postibus & nouo
Sublime ritu moliar atrium.

Ex Oda.ii.Lib.ii. Ad amicos.

X Dulce & decorum est pro patria emori.
¶ Mars & fugacem persequitur virum:
Nec parcit imbellis iuuentæ
Poplitibus: timidoq; tergo.
A Virtus repulsæ nescia sordidæ
Intaminatis fulget honoribus.
Nec ponit aut sumit secures
Arbitrio popularis auræ
¶ Virtus recludens immeritis mori
Cœlum negata temptat iter via:
Cœtusq; vulgares: & vdam
Spernit humum. fugiente penna.
B Raro antecedentem scelestum
Deseruit pede pœna claudo.

Ex Oda.iii.Li.iii. Ad Cæsaris laudem.

C Iustum & tenacem propositi virum.
Non ciuium ardor praua iubentium.
Non vultus instans tyranni.
Mente quatit solida: neq; auster
Dux inquieti turbidus adriæ
Nec fulminantis magna manus iouis
Si fractus illabatur orbis
Impauidum ferient ruinæ.

Ex Oda.iiii.Lib.iii Ad Caliopem.

D Scimus vt impios
Titanas immanemq; turbam
Fulmine sustulerit caduco.
¶ Qui terram inertem: qui mare temperat
Ventosum vrbes &: regnaq; tristia:
Diuosq;: mortalesq; turbas.
Imperio regit Vnus æquo.

Vis concilii expers:mole ruit sua E
¶ Vim temperatam dii quoq3 prouehunt:
In maius.idem odere vires
Omne nefas animo mouentes
Testis mearum centimanus gigas
Sententiarum.notus & integre
Temptator orion dianæ
Virginea domitus sagitta.
Iniecta monstris terra dolet suis:
Mæretq3 partus fulmine luridum
Missos ad orcum.

Ex Oda.v.Li.iii.Ad Augustum.

Fertur pudicæ coniugis osculum F
Paruosq3 natos.vt capitis minor
A se remouisse.& virilem
Toruus humi posuisse vultum.
Donec labantes concilio patres
Firmaret auctor:nunq̃ alias dato:
Interq3 mærentes amicos.
Egregius properaret exul.
At qui sciebat:quæ sibi barbarus
Tortor pararet:non aliter tamen
Dimouit obstantes amicos:
Et populum reditus morantem:
Quam si clientum longa negotia
Diiudicata lite relinqueret:
Tendens venafranos in agros.
Aut lacedæmonium tarentum.

Ex Oda.vi.Li.iii.Ad romanum populum

Delicta maiorum immeritis lues G
Romanæ:donec templa refeceris:
Edesq3 labentes deorum &

Fœda nigro ſimulachra fumo.
H Diis te minorem quod geris imperas.
Hic omne principium: huc refert exitum:
I Dii multa neglecti dederunt
Heſperiæ mala luctuoſæ.
K Damnoſa quid non imminuit dies.
Aetas parentum peior auis tulit
Nos nequiores: mox daturos
Progeniem vitioſiorem:
Ex Oda.vii.Li.iii. Ad Aſteriem.
L Prima nocte domum claude: neq; in vias
Sub cantu querulæ deſpice tibiæ.
Et te ſæpe vocanti:
Duram difficilis mane.
Ex Oda.xvi.Li.iii. Ad Mæcenatem.
M Concidit auguris
Argiui domus: ob lucrum.
N Demerſa excidio. ¶ Et diffidit vrbium
Portas vir macedo. & ſubruit æmulos
Reges muneribus: munera nauium
Sæuos illaqueant duces.
O Creſcentem ſequitur cura pecuniam:
Maiorumq; fames. ¶ Iure perhorrui
Late conſpicuum tollere verticem
Mæcenas æquitum decus.
P Quanto quiſq; ſibi plura negauerit
A diis plura feret:
Q Multa petentibus:
Deſunt multa. ¶ Bene eſt: cui deus obtulit.
Parca quod ſatis eſt manu.
Ex Oda.xxiii.Li.iii. Ad ruſticam philirem.
R Te nihil attinet

Temptare multa cæde bidentium.
Paruos coronantem marino
Rore deos: fragiliqꝫ myrto.
Immunis aram. si tetigit manus
Non sumptuosa blandior hostia
Molliuit aduersos penates
Farre pio. saliente mica.
Ex Oda.xxiiii.Li.iii.ad auaros diuites.
Intactis opulentior
Thesauris arabum: & diuitis indiæ
Cementis licet occupes
Tyrrhenum omne tuis & mare punicum
Si figit adamantinos
Summis verticibus dira necessitas
Clauos. non animum metu:
Non mortis laqueis expedies caput.
Campestres melius scythæ.
Quorum plaustra vagas rite trahunt domos
Viuunt & rigidi getæ
Immetata quibus iugera liberas
Fruges & cererem ferunt:
Nec cultura placet longior annua:
Defunctumqꝫ laboribus:
Aequali recreat sorte vicarius.
Illic matre carentibus
Priuignis mulier temperat innocens.
Nec dotata regit virum
Coniunx: nec nitido fidit adultero.
Dos est magna parentum
Virtus & metuens alterius viri
Certo fœdere castitas:
Et peccare nefas: aut precium est mori.

y O quisquis seu volet impias
Cædes: aut rabiem tollere ciuicam:
Si quæret pater vrbium
Subscribi statuis: indomitam audeat
Refrænare licentiam.
3 Clarus post genitis: quatenus heu nephas
Virtutem incolumem odimus
Sublatam ex oculis quærimus inuidi.
A Quid tristes querimoniæ.
Si non supplicio culpa reciditur.
B Quid leges sine moribus
Vanæ proficiunt. si neq; feruidis
Pars inclusa caloribus
Mundi: nec boreæ finitimum latus:
Durataeq; solo niues
Mercatorem abigunt: horrida callidi
Vincunt æquora nauitæ.
C Magnum pauperies opprobrium iubet
Quicquid vis: & facere: & pati:
Virtutisq; viam deserit arduæ.
D Vel nos in capitolium:
Quo clamor vocat: & turba fauentium.
Vel nos in mare proximum
Gemmas: & lapides: aurum & inutile
Summi materiam mali
E Mittamus. ¶ Scelerum si bene pœnitet
Eradenda cupidinis
F Praui sunt elementa. ¶ Et teneræ nimis
Mentes asperioribus
Formandæ studiis.
G Scilicet improbæ
Crescunt diuitiæ tamen

Curtæ nescio quid semper abest rei.

Ex Oda.xxix.Li.iii.Ad Mæcenatem.

Prudens futuri temporis exitum H
Caliginosa nocte premit deus:
Ridetq; si mortalis vltra
Fas trepidat. ¶ Quod adest memento I
Componere æquus. ¶ Cætera fluminis K
Ritu feruntur. nunc medio alueo
Cum pace delabentis etbruscum:
In mare: nunc lapides adesos:
Stirpesq; raptas. & pecus & domos
Voluentis vna. non sine montium
Clamore: vicinæq; syluæ
Cum fera diluuies quietos.
Irritat amnes. ¶ Ille potens sui L
Lætusq; deget. cui licet in diem
Dixisse vixi. ¶ Cras vel atra M
Nube polum pater occupato:
Vel sole puro: non tamen irritum
Quodcunq; retro est efficiet. neq;
Diffinget: infectumq; reddet:
Quod fugiens semel hora vexit.
Fortuna sæuo læta negotio & N
Ludum insolentem ludere pertinax
Transmutat incertos honores
Nunc mihi: nunc alii benigna.

Ex Oda.xxx. Ad Melpomenem musam.

Exegi monumentum aere perennius. O
Regaliq; situ piramidum altius
Quod non imber edax: non aquilo impotens
Possit diruere: aut innumerabilis
Annorum series: & fuga temporum

Non omnis moriar:multaq; pars mei
Vitabit libitinam:visq; ego postera
Crescam laude recens.
Ex Oda.iiii.Li.iiii.De laudibus drusi.
P Fortes creantur fortibus & bonis
Est in iuuencis .est in equis patrum
Virtus:nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.
Q Doctrina:sed vim promouet insitam.
Rectiq; cultus pectora roborant.
Vt cunq; defecere mores.
Dedecorant bene nata culpæ.
Ex oda.vii.Li.iiii. Ad Manlium.
R Immortalia ne speres .monet annus:& almum
Quæ rapit hora diem.
Frigora mitescunt zephiris .vel proterit æstas
Interitura simul.
Pomifer autumnus fruges effuderit:& mox
Bruma recurrit iners.
S Damna tamen celeres reparant cœlestia lunæ.
Nos vbi decidimus:
¶ Quo pius æneas .quo tullus diues:& ancus.
Puluis:& vmbra sumus.
T Quis scit:an adiiciant hodiernæ crastina vitæ
Tempora dii superi.
V Cuncta manus auidas fugient hæredis:amico
Quæ dederis animo.
X Cum semel occideris:& de te splendida minos
Fecerit arbitria.
Non torquate genus:non te facundia non te
Restituet pietas.
Infernis neq; enim tenebris diana pudicum

Liberat Hippolytum.
Non lethea valet Theseus abrumpere charo
Vincula Pirithoo.

Ex Oda.viii.Li.iiii. Ad Censorium.

Ereptum stygiis fluctibus Aeacum A
Virtus. & fauor. & lingua potentium
Vatum: diuitibus consecrat insulis.
Dignum laude virum Musa vetat mori. B
Cœlo musa beat.

Ex Oda.ix.Li.iiii. Ad Marcum Lolium consulem.

Vixere fortes ante agamennona C
Multi. sed omnes illachrymabiles
Vrgentur: ignotiq; longa
Nocte carent quia vate sacro
Paulum sepultæ distat inertiæ
Celata virtus. ¶ Non ego meis D
Carthis inornatum silebo:
Tot ve tuos patiar labores
Impune loli carpere liuidas
Obliuiones. ¶ Est animus tibi.
Rerumq; prudens: & secundis
Temporibus: dubiisq; rectus
Vindex auare fraudis & abstinens E
Ducentis ad se cuncta pecuniæ:
Consulq; non vnius anni:
Sed quotiens bonus: atq; fidus
Iudex honestum pretulit vtili:
Reiecitq; alto dona nocentium
Vultu: per obstantes cateruas
Explicuit sua victor arma.
Non possidentem multa vocaueris F
Recte beatum rectius occupat

Nomen beati: qui deorum
Muneribus sapienter uti:
Duramq; callet pauperiem pati
Peiusq; læto flagitium timet
Non ille pro charis amicis
Aut patria timidus perire

Ex oda.x.Li.iiii. Ad Ligurinum.

G O crudelis adhuc & veneris muneribus potens
Insperata tuæ cum veniet pluma superbiæ
Et quæ nunc humeris involitant deciderint comæ:
Nunc & qui color est punicea flore purior rosæ
Mutatus ligurinum in faciem verterit hispidam
Dices heu: quotiens te speculo videris alterum
Quæ mens est hodie cur non eadem puero fuit.
Vel cur his animis incolumes non redeunt genæ.

Ex Oda.xii.Li.iiii. Ad Virgilium Unguentarium.

H Verum pone moras: & studium lucri
Nigrorumq; memor dum licet ignium
I Misce stulticiam consiliis brevem
Dulce est desipere in loco

Ex Oda.xiii.Li.iiii. Ad Licem meretricem

K Nec coæ referunt iam tibi purpuræ:
Nec cari lapides tempora quæ semel
Notis condita fastis
Inclusit volucris dies
Quo fugit venus. heu quo color decens.
Quo motus. quid habes illius; illius:
Quæ spirabat amores
Quæ me surripuerat mihi.
Fœlix post cynaram: notaq; & artium
Gratarum facies. sed cynaræ breves
Annos fata dederunt

Seruatam dirupatrem
Cornicis vetulæ temporibus licen
Possent vt iuuenes visere feruidi
Multo non sine risu
Delapsam in cineres facem
Ex Epodon Li. Laudes vitæ rusticæ.
Beatus ille qui procul negotiis: L
Vt prisca gens mortalium:
Paterna rura bobus exercet suis
Solutus omni fœnore
Neq; excitatur classico miles truci
Nec horret iratum mare:
Forumq; vitat: O superbia ciuium
Potentiorum limina
In Menam libertum.
Licet superbus ambules pecunia M
Fortuna non mutat genus
In maledicum poetam
Caue: caue: nanq; in malos asperrimus N
Parata tollo cornua
Qualis licambe spretus infido gener
Aut acer hostis bupalo
An si quis atro dente me petiuerit
Inultus: vt flebo puer
Belli Detestatio.
Quo quo scelestis ruitis. aut cur dextris O
Aptantur enses conditi.
Parum ne campis atq; neptuno super
Fusum est latini sanguinis.
Neq; hic lupis mos: neq; fuit leonibus
Vnquam nisi in dispar feris
Furor ne cæcus: an rapit vis acrior P

An culpa responsum date
Tacent: & ora pallor albus inficit
Mentesq; perculsæ stupent
Q Sic est: ¶ Acerba fata romanos agunt:
Scelusq; fraternæ cædis
Vt immerentis fluxit in terram remi
Sacer nepotibus cruor
Horatius Rei pu. Fortunam deflet
R Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas
Suis & ipsa roma viribus ruit:
Quam neq; finitimi valuerunt perdere marsi
Minacis aut ethrusca porsenæ manus
Aemula: nec virtus capuæ: nec spartacus acer:
Nouisq; rebus infidelis allobrox
Nec fera cærulea domuit germania pube:
Parentibusq; abominatus hannibal
Impia perdemus deuoti sanguinis ætas
Ferisq; rursum occupabitur solum
Ad Canidiem
S Fugit iuuentas & verecundus color
Reliquit ossa pellem amicta luridam:
Tuis capillus albus est odoribus
¶ Nullum a labore me reclinat ocium
Vrget diem nox & dies noctem: neq; est
Leuare tenta spiritu precordia
Canidiem inducit loquentem
T Optat quietem pelopis infidi pater
Egens benignæ tantalus semper dapis
¶ Optat prometheus obligatus aliti
¶ Optat supremo collocare Sysiphus
In monte saxum: sed vetant leges iouis
Ex Libro. Q. H. F. De Arte Poetica

Pictoribus atq; poetis V
Quid libet audendi ſemper fuit æqua poteſtas
Sumite materiam veſtris qui ſcribitis æquam A
Viribus: & verſate diu quid ferre recuſent
Quid valeant humeri cui lecta potenter erit res
Nec facundia deſeret hunc: nec lucidus ordo.
Vt ſyluæ foliis pronos mutantur in annos B
Prima cadunt ita verborum vetus interit ætas
Et iuuenum ritu florent modo nata vigentq;
Debemur morti nos noſtraq; ſiue receptus
Terra neptunus claſſes aquilonibus arcet
Regis opus: ſterilisq; diu palus: aptaq; remis
Vicinas vrbes alit: & graue ſentit aratrum
Seu curſum mutauit iniquum frugibus annis
Doctus iter melius. mortalia facta peribunt
Ne dum ſermonum ſtet honos: & gratia viuax
Multa renaſcentur quæ iam cecidere cadentq;
Quæ nunc ſunt in honore vocabula: ſi volet vſus
Deſcriptas ſeruare vices operumq; colores C
Cur ego ſi nequeo ignoroq;: poeta ſalutor
¶ Cur neſcire pudens praue ꝙ diſcere malo.
Singula quæq; locum teneant ſortita decenter D
Format enim natura prius nos intus ad omnem E
Fortunarum habitum iuuat aut impellit ad iram
Aut ad humum mœrore graui deducit & angit
¶ Poſt effert animi motus interprete lingua:
Parturient montes naſcetur ridiculus mus F
Aetatis cuiuſq; notandi ſunt tibi mores: G
Mobilibuſq; decor naturis dandus: & annis
¶ Reddere qui voces iam ſcit puer & pede certo
Signat humum geſtit paribus colludere & iram
Colligit ac ponit temere & mutatur in horas

H Imberbis iuuenis: tandem custode remoto
Gaudet equis: canibusq3: & aprici gramine campi
Cereus in vitium flecti: monitoribus asper
Vtilium tardus prouisor: prodigus aeris
Sublimus cupidusq3 & amata relinquere pernix.
I Conuersis studiis aetas: animusq3 virilis
Quaerit opes: & amicitias: inseruit honori
Commisisse cauet: quod mox mutare laboret
K Multa senem circumueniunt incommoda: vel quod
Quaerit: & inuentis miser abstinet ac timet vti
Vel quod res omnes timide: gelideq3 ministrat
Dilator spe longus iners auidusq3 futuri:
Difficilis: querulus: laudator temporis acti
Se puero: castigator: censorq3 minorum
L Multa ferunt anni venientes commoda secum.
Multa recedentes adimunt:
M Segnius irritant animos demissa per aurem:
Quam quae sunt oculis subiecta fidelibus: & quae
Ipse sibi tradit spectator:
N Nec deus intersit: nisi dignus vindice nodus
Inciderit:
O Ille bonis faueatq3: & concilietur amice
Et regat iratos & amet peccare timentes.
Ille dapes laudet mensae breuis: ille salubrem
Iusticiam legesq3 & apertis otia portis
Ille tegat commissa: deosq3 precetur & oret
Vt redeat miseris abeat fortuna superbis.
P Aut prodesse volunt: aut delectare poetae
Aut simul & iucunda & idonea dicere vitae.
Q Quicquid praecipies esto breuis: vt cito dicta
Percipiant animi dociles: teneantq3 fideles
R Ficta voluptatis causa sint proxima veris

Omne tulit punctum qui miscuit vtile dulci S
Lectorem delectando: pariterqz monendo
Sunt delicta tamen quibus ignouisse velimus T
Nam neqz corda sonum reddit quem vult manus: & mens
Poscentiqz grauem persæpe remittit acutum
Nec semper feriet quodcunqz minabitur arcus
Quandoqz bonus dormitat homerus
Vt pictura poesis erit: quæ si propius stes V
Te capiat magis: & quædam si longius obstes.
Hæc amat obscurum: volet hæc sub luce videri.
Iudicis argutum quæ non formidat acumen
Hæc placuit semel: hæc decies repetita placebit
Tu nihil inuita dices facies ue minerua. A
Si quid tamen olim B
Scripseris in metii descendat iudicis aures:
Et patris: & nostras: nonumqz prematur in annum
Membranis intus positis delere licebit:
Quod non edideris: ¶ Nescit vox missa reuerti.
Siluestres homines sacer: interpresqz deorum C
Cædibus: & victu fœdo deterruit orpheus
Dictus ob hoc lenire tigres rabidosqz leones:
Dictus & amphion thebanæ conditor vrbis
Saxa mouere sono testudinis: & prece blanda
Ducere quo vellet fuit hæc sapientia quondam
Publica priuatis secernere sacra prophanis
Concubitu prohibere vago: dare iura maritis:
Oppida moliri: leges incidere ligno
Sic honor & nomen diuinis vatibus atqz
Carminibus venit post hos insignis homerus
Natura fieret laudabile carmen an arte D
Quæsitum est ego nec studium sine diuite vena:
Nec rude quid prosit video ingenium alterius sic

Altera poſcit opem res & coniurat amice

E Qui ſtudet optatam curſu contingere metam
Multa tulit fecitq; puer ſudauit & alſit
Abſtinuit venere & vino

F Nunq̄ te fallant animi ſub vulpe latentes.

Ex Libris Satyrarum.Q.H.F.Ex Satyra.i.

G Qui fit Mecenas vt nemo quam ſibi ſortem:
Seu ratio dederit:ſeu ſors obiecerit:illa
Contentus viuat:laudet diuerſa ſequentes
O fortunati mercatores grauis annis
Miles ait:multo iam fractus membra labore
Contra mercator nauem iactantibus auſtris
Militia eſt potior quid enim concurritur hora
Momento cita mors venit:aut victoria lata
Agricolam laudat iuris:legumq; peritus
Sub galli cantum conſultor vbi hoſtia pulſat
Ille datis vadibus qui rure extractus in vrbem eſt
Solos fœlices viuentes clamat in vrbe:

H Ille grauem duro terram qui vertit aratro
Perfidus:hic caupo:miles:nautæq; per omne
Audaces mare qui currunt:hac mente laborem
Se ſe ferre ſenes:vt in otia tuta recedant
Aiunt.cum ſibi ſint congeſta cibaria ſicut
Paruula(nam exemplo eſt)magni formica laboris
Ore trahit quodcunq; poteſt:atq; addit aceruo:
Quem ſtruit:haud ignara:ac incauta futuri:
Quæ ſimul inuerſum contriſtat aquarius annum
Non vſq; prorepit:& illis vtitur ante

I Quæſitis ſapiens.¶ Cum te neq; feruidus æſtus
Dimoueat lucro:neq; hyems:ignis:mare:ferrum
Nil obſtet tibi:dum ne ſit te ditior alter

K Quid iuuat immenſum te argenti pondus:& auri

Furtim defossa timidum deponere terra.
Quod si comminuas vilem redigatur ad assem
At ne id fit: quod habet pulchri constructus aceruus
Millia frumenti, tua triuerit area centum
Non tuus hoc capiet venter plusq̄ meus:
Cur tua plus laudes cumeris granaria nostris.
Vt tibi si sit opus liquidi: non amplius vrna:
Vel Cyatho & dicas magno de flumine mallem:
Quam ex hoc fonticulo tantundem sumere eo fit
Plenior: vt si quos delectet copia iusto.
Cum ripa simul auulsos ferat aufidus acer.
At qui tantuli eget quanto est opus. is neq; limo
Turbatam haurit aquam neq; vitam amittit in vndis
At bona pars hominum decepta cupidine falso L
Nil satis est inquit:
Tantalus a labris sitiens fugientia captat M
Flumina quid rides: mutato nomine de te
Fabula narratur: congestis vndiq; saccis
Indormis inhians: & tanq̄ parcere sacris
Cogeris: aut pictis tanq̄ gaudere tabellis
Nescis quid valeat nummus: quem praebeat vsum.
Panis ematur. olus: vini sextarius. ¶ Adde N
Quis humana sibi doleat natura negatis
An vigilare metu exanimem: noctesq;: diesq;
Formidare malos fures: incendia: seruos
Ne te compilent fugientes: hoc iuuat.
Non vxor saluum te vult: non filius omnes O
Vicini oderunt: noti: pueri: atq; puellae
Miraris cum tu argento post omnia ponas
Si nemo praestet quem non merearis amorem.
Est modus in rebus: sunt certi deniq; fines
Quos vltra: citraq; nequit consistere rectum

Q Illuc vnde abii redeo.nemo vt auarus
Se probet.ac potius laudet diuersa sequentes:
Quodq3 aliena capella gerat distentius vber
Tabescat.neq3 se maiori pauperiorum
Turbæ comparet.hunc atq3 hunc superare laboret.
Sic festinanti semper locupletior obstat.
Vt cum carceribus missos rapit vngula currus
Instat equis auriga suis vincentibus illum
Præteritum temnens.extremos inter euntem.
Inde fit vt raro:quis se vixisse beatum
Dicat.& exacto contentus tempore vita
Cedat:vti conuiua satur:
Ex Satyra.ii.Li.i.
R Vnde fama malum grauius q̃ res trahit an tibi abunde
Personam satis est:non illud quicquid vbiq3
Officit euitare.Bonam deperdere famam.
S Rem patris oblimare.malum est vbicilq3. ¶ Quid inter
Est in matrona ancilla pecces ve togata.
Ex Satyra.iii.Li.i.
T Menius absentem neuium cum carperet heu tu
Quidam ait.ignores te.an ignotum dare nobis
Verba putas. ¶ Egomet mi ignosco Menius inquit.
Stultus:& improbus hic amor est:dignusq3 notari.
Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum.
Quam aut aquila:aut serpens epidaurius.
V Denique te ipsum
Concute:num qua tibi vitiorum inseuerit olim
Natura.aut etiam consuetudo mala.namq3
Neglectis vrenda filix innascitur agris.
X At pater vt gnati:sic nos debemus amici
Si quod sit vitium non fastidire.

Hæc res & iungit iunctosq; & seruat amicos:
At nos virtutes ipsas inuertimus: atq; A
Sincerum cupimus vas incrustare. ¶ Probus quis
Nobiscum viuit. multum demissus homo. illi
Tardo cognomen pingui damus. ¶ Hic fugit omnes
Insidias nulliq; malo latus obdit apertum
Cum genus hoc inter vitæ versetur. vbi acris
Inuidia: atq; vigent vbi crimina pro bene sano
Ac non incauto: fictum: astutumq; vocamus.
¶ Simplitior quis & est qualem me sæpe libenter.
Obtulerim tibi mæcenas vt forte legentem
Aut tacitum impellat quouis sermone modestus
Communi sensu plane caret inquimus. ¶ Eheu. B
Quam temere in nosmet legem sancimus iniquam
Nam vitiis nemo sine nascitur. ¶ Optimus ille est C
Qui minimis vrgetur:
Qui ne tuberibus propriis offendat amicum D
Postulat ignoscet verucis illius æquum est
Peccatis veniam poscentem reddere rursus.
Deniq; quatenus excidi penitus vitium iræ E
Cætera item nequeunt stultis hærentia cur non
Ponderibus: modulisq; suis ratio vtitur: ac res
Vt quæq; est. ita suppliciis delicta coercet.
Quis paria esse fere placuit peccata laborant F
Cum ventum ad verum est. sensus: moresq; repugnant
Atq; ipsa vtilitas iusti prope mater & æqui.
¶ Iura inuenta metu iniusti fateare nece est
Tempora si fastosq; velis euoluere mundi:
Nec natura potest iusto secernere iniquum
Diuidit vt bona diuersis: fugienda petendis.
Nec vincet ratio hoc tantidem vt peccet idemq; G
Qui teneros colles alieni fregerit hortis

Et qui nocturnus sacra diuum legerit. ¶ Adsit
Regula peccatis: quæ pœnas irroget æquas:
Ne scutica dignum horribili sectere flagello.

Ex Satyra.iiii. Li.i.

H Sulcius acer
Ambulat: & caprius rauci male: cumq; libellis
Magnus vterq; timor latronibus. at bene si quis
Et viuat puris manibus contennat vtrumq;.

I Absentem qui rodit amicum.
¶ Qui non defendit alio culpante. ¶ Solutos
Qui capit risus hominum: famamq; dicacis:
¶ Fingere qui non visa potest. ¶ Commissa tacere!
Qui nequit. hic niger est. hunc tu romane caueto.

K Condita cum verax. aperit præcordia liber.

L Auidos vicinum funus vt ægros
Exanimat: mortisq; metu sibi parcere cogit:
Sic teneros animos aliena opprobria sæpe. Absterrēt vitiis.

Ex Satyra.v. Li.i.

M Credat iudeus appella:
Non ego. namq; Deos didici securum agere æuum:
Nec si quid miri faciat natura Deos id
Tristes ex alto cœli dimittere tecto.

Ex Satyra.vi. Li.i.

N Magnum hoc ego duco:
Quod placui tibi: qui turpi secernis honestum.
Non patre preclaro. sed vita & pectore puro.

Ex.ii. Li. & vltimo Satyrarum. Ex satyra.i.

O Castor gaudet equis: ouo prognatus eodem
Pugnis quot viuunt capitum totidem studiorū Millia.

P Siquis.
Opprobriis dignum latrauerit: integer ipse
Soluentur risu tabulæ: tu missus abibis.

Ex Satyra.ii. Lib.ii.

Quæ virtus? & quanta bonis sit viuere paruo Q
Nec meus hic sermo est: sed quem precepit Ofellus.
¶ Rusticus anormi sapiens crassaqz minerua.
Discite non inter lances mensasqz nitentes.
Cum stupet insanis acies fulgoribus: & cum
Acclinis falsis animus meliora recusat.
Verum hic impransi mecum disquirite. cur hoc.
Dicam si potero male verum examinat omnis
Corruptus iudex:
Ieiunus raro stomachus vulgaria temnit. R
Accipe nunc victus tenuis: quæ quantaqz secum S
Afferat imprimis valeas bene. nam variæ res
Vt noceant homini. credas memor illius escæ:
Quæ simplex olim tibi sederit: at simul assis
Miscueris elixa simul conchilia turdis
Dulcia in bilem vertent. stomachoqz tumultum.
Lenta feret pituita. vides vt pallidus omnis
Cœna desurgit dubia. quin corpus onustum
Hesternis vitiis animum quoqz pregrauat vna:
Atqz affligit humo diuinæ particulam auræ
¶ Alter vbi dicto citius curata sopori
Membra dedit vegetus prescripta ad munia surgit
Ergo vestigalia magna: T
Diuitiasqz habeo tribus amplas regibus. ergo
Quod superat. non est melius quo insumere possis.
Cur eget indignus quisqz te diuite. quare
Templa ruunt antiqua deum. cur improbe charæ
Non aliquid patriæ tanto emetiris aceruo.
Vni nimirum tibi recte semper erunt res.
Nam propriæ telluris herum natura neqz illum V
Nec me: nec quemqz statuit. ¶ Nos expulit ille:

Illum aut nequities .aut vafri inscicia iuris:
Postremum expellet certe viuatior hæres
Quo circa viuite fortes:
Fortiaqз aduersis opponite pectora rebus:
Ex Satyra.iii.Lib.ii.
X Si male rem gerere insani.contra bene sani est.
y Quisquis
Ambitione mala:aut argenti pallet amore.
Quisquis luxuria.tristi ve superstitione:
Aut alio mentis morbo callet.huc propius me
Dum doceo insanire omnes :vos ordine adite.
Danda est ellebori multo pars maxima auaris.
ʒ Nescio an anticiram ratio illis destinet omnem
Hæredes staberi summam incidere sepulchro
Ni sic fecissent:gladiatorum:dare centum
Damnati populo paria:
Quid ergo.
Sensit cum summam patrimonii insculpere saxo
Hæredes voluit.quo ad vixit credidit ingens
Pauperiem vitium:& cauit nihil acrius:vt si
Forte minus locuplex vno quadrante periret
Ipse videretur sibi nequior. ¶ Omnis enim res
Virtus :fama:decus :diuina:humanaqз pulchris
Diuitiis parent quas qui construxerit:ille
Clarus erit:fortis iustus :sapiens :etiam rex
Et quicquid volet.hoc veluti virtute paratum
Sperauit magnæ laudi fore. ¶ Quid simile isti
Græcus Aristippus :qui seruos proiicere aurum
In media iussit libya.quia tardius irent
Propter onus segnes .vter est insanior horum:
A Nil agit exemplum quod litem lite resoluit.
B Si quis amat cytharas emptas comportet in vnum

Nec cytharæ studio: nec musæ deditus vlli.
Si scalpra: & formas non sutor. nautica vela
Auersus mercaturis. delirus & amens
Vndiq; dicatur merito. qui discrepat istis
Qui nummos: aurumq; recondit. nescius vti
Compositis: metuensq; velut contingere sacrum.
Nimirum insanus paucis videatur eo quod
Maxima pars hominum morbo iactatur eodem
O here quæ res C
Nec modum habet: neq; consilium. ratione: modoq;
Tractari non vult. in amore hæc sunt mala bellum
Pax rursum.
Dixerit insanum qui me totidem audiet: atq; D
Respicere ignoto discet pendentia tergo.
Ex Satyra .v. Lib. ii.
Et genus: & virtus nisi cum re vilior alga est. E
Sic tibi penelope frugi est: quæ si semel vno F
De sene gustarit: tecum partita lucellum
Vt canis a corio nunq; absterrebitur vncto.
Ex Satyra. vi. Lib. ii.
Sed quod magis ad nos G
Pertinet: & nescire malum est. agitamus vtrum ve
Diuitiis homines an sint virtute beati.
Quid ve ad amicitias vsus rectum ve trahat nos:
Et quæ sit natura boni: summumq; quod eius.
Neq; vlla est H
Aut magno: aut paruo leti fuga ¶ Quo bene circa
Dum licet in rebus iocundis viue beatus.
Viue memor quam sis æui breuis. I
Ex Satyra. vii. Lib. ii.
Quis nam igitur liber. sapiens: sibiq; imperiosus: K
Quem neq; pauperies: neq; mors: neq; vincula terrent

Responsare cupidinibus: contemnere honores:
Fortis & in seipso totus teres: atq; rotundus.
Externi ne quid valeat per leue morari:
In quem manca ruit semper fortuna.
Ex Satyra.viii.Lib.ii.
L Ingenium res.
Aduersæ nudare solent: celare secundæ.
Ex libris Epistolarū. Ex epistola.i. Ad Mæcenatē.
M Vt nox longa quibus mentitur amica: diesq;
Longa videtur opus debentibus: vt piger annus
Pupillis quos dura premit custodia matrum.
Sic mihi tarda fluunt: ingrataq; tempora quæ iam
Concilium q; morantur agendi gnauiter id quod
Aeque pauperibus prodest. locupletibus æque:
Aeque neglectum pueris: senibusq; nocebit:
Restat vt his ego me ipse regam solerq; elementis.
Non possis oculo quantum contendere linceus
Non tamen iccirco contēnas lippus inungi:
Nec quia disperes inuicti membra gliconis
Nodosa corpus nolis prohibere chiragra.
N Est quodam prodire tenus. si non datur vltra
Feruet auaritia miseraq; cupidine pectus.
Sunt verba & voces quibus hunc lenire dolorem
Possis: & magnam morbi deponere partem
Laudis amore tumes: sunt certa piacula quæ te
Ter pure lecto poterunt recreare libello.
¶ Inuidus: iracundus. iners: vinosus: amator.
Nemo adeo ferus est vt non mitescere possit:
Si modo culturæ patientem commodet aurem.
O Virtus est vitium fugere. ¶ Et sapientia prima
Stultitia caruisse.
P Impiger extremos curris mercator ad indos

Per mare pauperiem fugiens per saxa per ignes.
Ne cures ea quæ stulte miraris & optas
Discere: & audire: & meliori credere non vis.
Vilius argentum est auro: virtutibus aurum Q
Si quadrigentis sex. septem milia desint R
Est animus tibi: sunt mores: & lingua: fidesq;
Plebs eris. At pueri ludentes: rex eris aiunt
Si recte facies hic murus aeneus esto
Nil conscire sibi: nulla pallescere culpa.
Roscia dic sodes melior lex. An puerorum est
Nenia. Quæ regnum recte facientibus offert
Et maribus curiis: & decantata Camillis.
Ad summam sapiens vno minor est Ioue: dies S
Liber: honoratus: pulcher: rex deniq; regum.
Ex.ii. Epistola. Li.i. Ad Lolium.
Vt iugulent homines surgunt de nocte latrones T
Vt te ipsum serues non expergisceris
Si non intendes animum studiis: & rebus honestis. V
Inuidia. vel amore vigil torquebere. Nam cur
Quæ ledunt oculos festinas demere. si quid
Est. animum differs curandi tempus in annum.
Dimidium facti qui cœpit habet. sapere. aude. Incipe X
Quæritur argentum. puerisq; beata creandis y
Vxor: et incultæ pacantur vomere syluæ:
Quod satis est cui contingit nil amplius optet. z
Non domus: et fundus. non æris aceruus: et auri
Aegroto domini deduxit corpore febres.
Non animo curas. Valeat possessor oportet:
Si comportatis rebus bene cogitat vti.
Qui cupit: aut metuit: iuuat illum sic domus: et res A
Vt lippum pictæ tabulæ. fomenta podagram.
Auriculas cytharæ collecta sorde dolentes.

Sincerum est nisi vas quodcunqz infundis acescit
B Sperne voluptates.nocet empta dolore voluptas
C Semper auarus eget.certum voto pete finem
D Inuidus alterius macrescit rebus opimis.
Inuidia siculi non inuenere tyranni
Maius tormentum.Qui non moderabitur iræ
Infectum volet esse:dolor quod suaserit & mens
Dum pœnas odio per vim festinat inulto
E Ira furor breuis est.animum rege:qui nisi paret
Imperat:hunc frænis:hunc tu compesce cathena
F Fingit equum tenera docilem ceruice magister
Ire viam quam monstrat eques venaticus ex quo
Tempore ceruinam pellem latrauit in aula
Militat in siluis catulus:nunc adbibe puro
Pectora verba puer nunc te melioribus offer
Quo semel est imbuta recens seruabit odorem
Testa diu:
Ex epistola.iiii.Li.i.Ad Albium
G Inter spem:curamqz:timores inter & iras
Omnem crede diem tibi diluxisse supremum
Grata superueniet quæ non sperabitur hora.
Ex epistola.vi.Li.i. Ad Numicium.
H Nil admirari prope res est vna numici
Solaqz:quæ possit facere:& seruare beatum
Hunc solem & stellas & decedentia certis
Tempora momentis:sunt qui formidine nulla
Imbuti spectent quid censes munera terræ:
Quid maris extremos arabas ditantis:& indos
Ludicra quis plausus & amici dona quiritis
Quo spectanda modo quo sensu credis:& ore:
Qui timet his aduersa fere miratur eodem
Quo cupiens pacto:pauor est vtrobiqz molestus

Improuisa simul species exterret vtrumqꝫ
Gaudeat an doleat cupiat metuat ne quid ad rem
Si quicquid vidit melius: peiusue sua spe:
Defixis oculis animoqꝫ: et corpore torpet
Insani sapiens nomen feret æquus iniqui
Vltra quam satis est virtutem si petat ipsam

Ex Epistola.x.Li.i. Ad Fuscum

Quem res plus nimio delectauere secundæ I
Mutatæ quatient. Si quid mirabere pones K
Inuitus fuge magna licet sub paupere tecto
Reges et regum vita precurrere amicos
Ceruus equum pugna melior communibus herbis L
Pellebat donec minor in certamine longo
Implorauit opes hominis frenumqꝫ recepit
Sed postꝙ victor mollens discessit ab hoste
Non equidem dorso non frænum depulit ore
Sic qui pauperiem vertit potiore metallis
Libertate caret dominum vehet improbus atqꝫ
Seruet æternum qui paruo nesciet vti
Cui non conueniet sua res vt calceus olim
Si pede maior erit: subuertet: si minor vret
Lætus sorte tua viues sapienter aristi
Imperat aut seruit collecta pecunia cuiqꝫ M
Tortum digna sequi: potius quam ducere finem

Ex epistola.xi.Li.i. Ad Bullatium

Tu quãcunqꝫ deus tibi fortunauerit horam N
Grata sume manu neu dulcia differ in annum
Vt quocunqꝫ loco fueris. vixisse libenter
Te discas. Nam si ratio et prudentia curas
Non locus effusi late maris arbiter aufert
Cælum non animum mutant qui transmare currunt
Strenua nos exercet inertia nauibus atqꝫ

Quadrigis petimus bene viuere quod petis hic est.
Est vlubris: animus si te non deficit equus.

Ex epistola.xii. Li.i. Ad Iccium

O Fructibus agrippe siculis quos colligis Icci
Si recte frueris. Non est vt copia maior
Ab Ioue donari possit tibi ¶ Tolle querelas.
Pauper enim non est cui rerum suppetit vsus
Si ventri bene: si lateri est: pedibusq; tuis. nil
Diuitie poterunt regales addere maius

Ex epistola.xiiii. Li.i. Ad Vilicum suum

P Rure ego viuentem tu dicis in vrbe beatum
Cui placet alterius sua nimirum est odio sors
Stultus vterq;: locum immeritum causatur inique
In culpa est animus: qui se non effugit vnq̄

Ex epistola.xvii. Li.i. Ad Quintium.

Q Tu recte viuis si curas esse quod audis
Iactamus iam pridem omnis te roma beatum
Sed vereor ne cui de te plus quam tibi credas
Ne ve putes alium sapiente: bonoq; beatum.

R Vir bonus est quis.
Qui consulta patrum. qui leges. iuraq; seruat.

S Cautus enim metuit foueam lupus: accipiterq;
Suspectos laqueos: & opertum miluius hamum

T Oderunt peccare boni virtutis amore
¶ Oderunt peccare mali formidine pœne.

V Quo melior seruo: quo liberior sit auarus
In triuiis fixum cum se demittit ob assem
Non video. nam qui cupiet metuet quoq; porro
Qui metuens viuet liber mihi non erit vnquam
Perdidit arma locum virtutis deseruit qui
Semper in augenda festinat & obruitur re

X Vir bonus & sapiens audebit dicere pentheu

Rector thebarum quid me perferre patiq;
Indignum coges. adimam bona nempe pecus rem
Lectos argentum tollas licet & manicis. &
Compedibus saeuo te sub custode tenebo
Ipse deus simul atq; volam. me soluet opinor
Hoc sentit moriar. ¶ Mors vltima linea rerum est

Ex epistola.xix. Li.i. Ad Lolium

Virtus est medium vitiorum vtrinq; redactum
Arcanum neq; tu scrutaberis vllius vnq̄
Commissumq; teges & vino tortus & ira
¶ Nec tua laudabis studia: aut aliena reprendes
Quid de quoq; viro. & cui dicas saepe videto A
¶ Percontatorem fugito nam garrulus idem est
Nec retinent patulae commissa fideliter aures
¶ Et semel emissum volat irreuocabile verbum
Qualem commendes etiam: atq; etiam aspice ne mox B
Incutiant alienae tibi peccata pudorem
¶ Fallimur & quondam non dignum tradimus ergo
Quem sua culpa premit deceptus omitte tueri
Vt penitus notum si tentent crimina serues C
Tuterisq; tuo fidentem praesidio qui
Dente Theonino cum circum roditur: En quid
Ad te post paulo ventura pericula sentis
Nam tua res agitur paries cum proximus ardet
Et neglecta solent incendia sumere vires
Dulcis inexpertis cultura potentis amici. D
Expertus metuet: tu dum tua nauis in alto est
Hoc age: ne mutata retrorsum te ferat aura
Oderunt hylarem tristes: tristemq; iocosi E
Sedatum celeres: agilem: gnauumq; remissi
Inter cuncta leges: & percontabere doctos F
Qua ratione queas traducere leniter aeuum

G Quid credis amice precari
Sit mihi quod nunc est. etiam minus: vt mihi viuam
Quod superest aui. si quid superesse volunt. Dii.
H Sed satis est orare Iouem: qui donat et aufert
Det vitam: det opes: aequum mi animum ipse parabo
Ex epistola. xx. Li. i. Ad Maecenatem
I Non ego ventosae plabis suffragia venor
Impensis coenarum: et tortae munere vestis
K Ludus enim genuit trepidum certamen et iram
¶ Ira truces inimicitias: & funebre bellum
Ex. ii. epistolarum Libro. Ex epistola. i. Ad Augustum
L Vrit enim fulgore suo qui pregrauat artes
Infra se positas extinctus amabitur idem
M Nauem agere ignarus nauis timet abrotanum aegro
Non audet nisi qui didicit dare. Quod medicorum est
Promittunt medici tractant fabrilia fabri
N Scribimus indocti. doctiq; poemata passim
Hic error tamen & leuis haec insania quantas
Virtutes habeat sic collige:
Torquet ab obscenis iam tunc sermonibus aurem
Mox etiam pectus praeceptis format amicis
Asperitatis & inuidiae corrector & irae
Recte facta refert orientia tempora notis
Instruit exemplis: inopem solatur: & aegrum
Castis cum pueris ignara puella mariti
Disceret vnde preces. vatem ni musa dedisset.
Poscit opem chorus & presentia numina sentit
Caelestes implorat aquas docta prece blandus
Auertit morbos: metuenda pericula pellit,
Impetrat & pacem: & locupletem frugibus annum.
Carmine dii superi: placantur carmine manes
Ex epistola. ii. Li. ii. Ad Iulium Florum

Multa fidem promissa leuant. vbi plenius æquo O
Laudat venales qui vult extrudere merces
Et laris & fundi: paupertas impulit audax P
Vt versus facerem.
Singula de nobis anni predantur euntes Q
Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit vrbem R
Sed vocat vsq; suum qua populus adsita certis S
Limitibus vicina refugit iurgia tanq̃
Sit proprium quicq̃ puncto quod mobilis horæ
Nunc prece: nunc precio: nunc vi: nunc morte suprema
Permutet dominos. & cedat in altera iura
Sic quia perpetuus nulli datur vsus: & hæres
Hæredem alterius velut vnda superuenit vndam
Quid vici prosunt: aut horrea: quidue calabris T
Saltibus adiecti lucani. si metit orcus
Grandia cum paruis non exorabilis auro.
Gemmas: marmor: ebur thyrrena sigilla: tabellas.
Argentum vestes getulo murice tinctas.
Non est auarus: abi: Quid. Cætera iam simul isto V
Cum vitio fuge rite caret tibi pectus inani
Ambitione. caret mortis formidine & ira
Somnia. terrores magicos. miracula sagax
Nocturnos lemures: portentaq; thessala rides
Natales grate numeras. Ignoscis amicis
Lenior: & melior sis accedente senecta
Quid te exempla iuuat spinis de pluribus vna
Viuere si recte nescis: Decede peritis
Lusisti satis edisti satis: atq; bibisti:
Tempus abire tibi est. ne potum largius æquo
Rideat & pulset lasciua decentius ætas

Ex Iuuenale. Et primo.
Ex Satyra. i. Flores electi.

X Aude aliquid breuibus giaris & carcere dignum
Si vis esse aliquid. ¶ Probitas laudatur & alget
y Nil erit vlterius quod nostris moribus addat
Posteritas eadem cupient facientq; minores
Omne in precipiti vitium stetit
A Ense velut stricto: quotiens Lucilius ardens
Infremuit: rubet auditor: cui frigida mens est
Criminibus tacita sudant precordia culpa:
Inde ira: & lachrymæ. ¶ Tecum prius ergo voluta
Hæc animante tuba galeatum sero duelli Penitet

Ex Satyra.ii.

B Vltra sauromatas fugere hinc libet & glacialem
Oceanum quotiens aliquid de moribus audent
Qui curios simulant: & bachanalia viuunt
¶ Loripedem rectus derideat. æthiopem albus
Quis tulerit gracchos de seditione querentes:
Quis cœlum terris non misceat. & mare cœlo
Si fur displiceat Verri homicida Miloni.
Clodius accuset mœchos. Catilina cethegum.
In tabulam, syllæ si dicant discipuli tres.
C Dedit hanc contagio labem.
Et dabit in plures sicut grex totus in agris
Vnius scabie cadit: & porrigine porci
D Nemo repente fuit turpissimus accipient te
Paulatim. qui longa domi redimicula sumunt:
Frontibus & toto posuere monilia collo
E Esse aliquos manes: & subterranea regna
Et contum & stygio ranas in gurgite nigras:
Atq; vna transire vadum tot millia cymba
Nec pueri credunt. nisi qui nondum ære lauantur.
Sed tu vera puta. Curius quod sentit & ambo
Scipiade. quod Fabricius. manesq; camilli.

Quod cremere legio:& cannis consumpta iuuentus
Tot bellorum animæ.Quotiens hinc talis ad illos F
Vmbra venit cuperent lustrari si qua darentur
Sulphura cum tedis.& si foret humida laurus.

Ex Satyra.iii.

Hic tunc vmbricius.quando artibus inquit honestis G
Nullus in vrbe locus:nulla emolumenta laborum
Res hodie minor est:here q̄ fuit:atq; eadem cras
Deteret exiguis aliquid:
Cedamus patria viuat Arturius istic:
Et catulus maneant qui nigrum in candida vertunt
Quis nunc diligitur nisi conscius.et cui feruens H
Aestuat occultis animus semperq; tacendis:
Nil tibi se debere putat.nil conferet vnq̄
Participem qui te secreti fecit honesti
Carus erit verri:qui verrem tempore quo vult
Accusare potest.Tanti tibi non sit opaci I
Omnis harena tagi:quodq; in mare voluitur aurum.
Vt somno careas.ponendaq; premia sumas
Tristis et a magno semper timearis amico.
Quantum quisq; sua numorum seruat in arca K
Tantum habet:et fidei
Nil habet infœlix paupertas durius in se: L
Quam q̄ ridiculos homines facit:
Haud facile emergunt quorum virtutibus obstat M
Res angusta domi:
Hic vltra vires habitus nitor:hic aliquid plus: N
Quam satis est interdum aliena sumitur arca.
Commune id vitium est hic viuimus ambitiosa paupertate oēs.
Est aliquis quodcunq; loco:quodcunq; recessu O
Vnius se se dominum fecisse lacerte
Ebrius ac petulans qui nullum forte cecidit P

Dat pœnas: noctem patitur lugentis amicum
Pelide: cubat in faciem: mox deinde supinus.
Ergo non aliter poterit dormire: quibusdam
Somnum rixa facit.
Ex Satyra.iiii.
Q Quid refert igitur quantis iumenta fatiget
Porticibus: quanta nemorum vectetur in vmbra.
Iugera quot vicina foro. quas emerit ædes.
Nemo malus fœlix. ¶ Minime corruptor & idem
Incestus. cum quo nuper vitata iacebat
Sanguine adhuc viuo terram subitura sacerdos.
R Nihil est quod credere de se
Non possit. cum laudatur diis æqua potestas.
Ex Satyra.vi.
S Credo pudicitiam saturno rege moratam
In terris: visamq; diu: cum frigida paruas
Præberet spelunca domos: ignemq;. laremq;:
Et specus & dominos communi clauderet vmbra:
T Paulatim deinde ad superos astrea recessit:
Hac comite: atq; duæ pariter fugere sorores:
V Omne aliud crimen mox ferrea protulit ætas.
X Tarpeium limen adora
Pronus: & auratam iunoni cede iuuencam.
Si tibi contigerit capitis matrona pudici.
Pauce adeo cereris vittas contingere digne.
A Tyrrhenos igitur fluctus lateq; sonantem
Pertulit ionium constanti pectore: quamuis
Mutandum totiens esset mare: iusta pericli
Si ratio est: & honesta timens: pauidoq; gelantur.
Pectore: nec tremulis possunt insistere plantis.
Fortem animum præstant rebus quas turpiter audēt
B Si verum excutias facies non vxor amatur

Tres ruge subeant: & se cutis arida laxet
Fiant obscuri dentes: oculiq3 minores.
Collige sarcinulas dicit liberius: exi
Iam grauis es nobis:
Nulla de tantis gregibus tibi digna videtur C
Sit formosa: decens: diues: fœcunda: vetustos
Porticibus disponat auos: intactior omni
Crinibus effusis bellum dirimente sabina.
Rara auis in terris: nigroq3 simillima cigno.
Quis feret vxorem cui constant omnia.
Malo venusiam: quam te cornelia mater
Graccorum: si cum magnis virtutibus affers
Grande supercilium: & numeris in dote triumphos:
¶ Quæ tanti grauitas. quæ forma. vt se tibi semper
Imputet. huius enim rari summiq3 voluptas
Nulla boni. quotiens animo corrupta superbo
Plus aloes: quam mellis habet.
¶ Pone crucem seruo. meruit quo crimine seruus
Supplicium. quo testis adest. quis detulit. audi
Nulla vnquam de morte hominis contatio longa est.
Ah demens: ita seruus homo est. nil fecerit esto.
Hoc volo sic iubeo: sit pro ratione voluntas.
Imperat ergo viro:
Nulla fere causa est in qua non fœmina litem D
Mouerit: accusat manilia si rea non est.
Componunt ipsæ pro se: formantq3 libellos.
¶ Semper habet lites: alternaq3 iurgia lectus
In quo nupta iacet minimum dormitur in illo.
Tunc grauis illa viro. tunc orba tigride peior
Cum simulat gemitus occulti conscia facti.
Aut odit pueros aut ficta pellice plorat:
Vberibus semper lachrymis semperq3 paratis

In statione sua: atq; ipsis expectantibus illam
Quo iubeat manere modo.
¶ Nihil est audacius illis
Deprensis. iram atq; animos a crimine sumunt.
E Vnde hæc nostra tamen. vel quo de fonte requiris.
Præstabat castas humilis fortuna latinas
Quondam nec vitiis contingi parua sinebat
Tecta labor. somniq; breues: & vellere tusco:
Vexatæ: duræq; manus: ac proximus vrbi
Hannibal. & stantes collina turre mariti.
Nunc patimur longæ pacis mala. sæuior armis
Luxuria incubuit: victumq; vlciscitur orbem.
Nullum crimen abest. facinusq; libidinis ex quo
Paupertas romana perit:
Prima peregrinos obscena pecunia mores
Intulit: & turpi fregerunt sæcula luxu
Diuitiæ molles. ¶ Quid enim venus ebria curat.
Inguinis & capitis quæ sint discrimina nescit.
F Nil non permittit mulier sibi: turpe putat nil
Cum virides gemmas collo circumdedit. & cum
Auribus extensis magnos committit elencos.
Intolerabilius nihil est q̄ fœmina diues.
G Credamus tragicis quicquid de colchide torua
Dicitur: & progne: nil contra conor: & illæ
Grandia monstra suis audebant temporibus: sed
Non propter nūmos. minor admiratio summis
Debetur monstris quotiens facit ira nocentem.
Hunc sexum: & rabie iecur incendente feruntur
Præcipites: aut saxa iugis abrupta quibus mons
Subtrahitur: cliuoq; latus pendente recedit.
Ex Satyra. vii.
H Quis color: & quod sit causæ genus: atq; vbi summa

Questio quæ veniant diuersa parte sagitta
Nosse volunt omnes: mercedam soluere nemo.
Mercedem appellas. quid enim scio. culpa docentis
Scilicet arguitur: quod leua in parte pupillæ
Nil sapit archadico iuueni:
Si fortuna volet fies de rethore consul. I
Si volet hæc eadem fies de consule rhetor:
Ventidius quid enim. quid Tullius. anne aliud. quam
Sidus: & occulti miranda potentia fati.
Seruis regna dabunt. captiuis fata triumphos.
Fælix ille tamen coruo quoque rarior albo

Ex Satyra. viii.

Stemmata quid faciunt. quid prodest pontice longo K
Sanguine censeri. pictos ostendere vultus
Maiorum. & stantes in curribus æmylianos.
Quis fructus generis: tabula iactare capaci
Famosos equitum cum dictatore magistros.
Si coram lepidis male viuitur.
Tota licet veteres exornent vndique ceræ L
Atria: Nobilitas sola est: atque vnica virtus.
¶ Prima mihi debes animi bona: sanctus haberi:
Iustitiæque tenax: factis: dictisque mereris:
¶ Quis enim generosum dixerit hunc: qui
Indignus genere: & preclaro nomine tantum
Insignis. nanum cuiusdam athlanta vocamus.
Ethiopem cygnum: paruam: extortamque puellam
Europem: canibus pigris: scabiæque vetusta:
Leuibus: & sicce lambentibus ora lucernæ
Nomen erit pardus. Trigris: leo: si quid adhuc est
Quod fremit in terris violentius: ergo cauebis
Et metues ne tu sis Creticus: aut camerinus.
At ego cecropides. viuas & originis huius

Gaudia longa fera, tamen īma pl be quiritem
Facundum inuenies. solet hic defendere causas
Nobilis indocti. veniet de plebe togata:
Qui iuris nodos: & legum enigmata soluat.
Hic petit Euphratem iuuenis: domitiq; bataui
Custodes aquilas: a mis industrius. ¶ At tu
Nil nisi cecropides. truncoq; simillimus herme:
Nullo quippe alio vincis discrimine ꝙ quod
Illi marmoreum caput est: tua viuit imago:

M Hęc satis ad iuuenem quem nobis fama superbum
Tradit: & inflatum plenumq; nerone propinquo:
Sed te censeri laude tuorum
Pontice noluerim: si tun hil ipse futurę
Laudis agas miserum est aliorum incumbere famę.
¶ Ne collapsa ruant subductis tecta columnis
Stratus humi palmes viduas desiderat vlmos:
Esto bonus miles. tutor bonus arbiter idem
Integer. ¶ Ambigue si quando citabere testis
Incertęq; rei phalaris licet imperet vt sis
Falsus & amoto distet periuria tauro.
Summum crede nephas animam preferre pudori:
Et propter vitam viuendi perdere causas.

N Expectata diu tandem prouincia cum te
Rectorem accipiet: pone irę frœna modumq;
Pone & auaritię miserere inopum sociorum.
Ossa vides regum vacuis exusta medullis
Respice quid moneant leges quid curia mandet.
Pręmia quanta bonos maneant: quam fulmine iusto:
Et capto: & numitor ruerint damnante senatu
Piratę cilicum:
Quod modo proposui non est sententia verum
Credite me vobis folium recitare sybilę.

Si tibi sancta cohors comitum: si nemo tribunal. O
Vendit acersecomes: si nullum in coniuge crimen
Nec per conuentus: nec cuncta per oppida curuis
Vnguibus ire parat nummos raptura celeno.
Tunc licet a pico numeres genus: altaq; si te
Nomina delectant omnem titanida pugna
Inter maiores: ipsumq; promethea ponas.
De quocunq; voles proauum tibi sumito libro.
Quod si praecipitem rapit ambitus atq; libido
Si frangis virgas sociorum in sanguine si te
Delectant hebetes lasso lictore secures:
Incipit ipsorum contra te stare parentum
Nobilitas: claramq; facem preferre pudendis.
¶ Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet: quanto maior qui peccat habetur.
Defensor culpae dicet mihi: fecimus & nos P
Haec iuuenes: esto. desistit nempe. nec vltra
Fouisti errorem. Breue si quod turpiter audes:
Quaedam cum prima resecentur crimina barba.
Libera si dentur: populo suffragia: quis tam Q
Perditus: vt dubitet Senecam preferre neroni.
Cuius supplicio non debuit vna parari
Simia: nec serpens vnus: nec culeus vnus.
¶ Par agamēnonide crimen. sed causa facit rem
Dissimilem:
Roma patrem patriae Ciceronem libera dixit R
Malo pater tibi sit thersites Dum modo tu sis
Eacide similis: vulcaniq; arma capessas:
Quam te thersite similem producat achilles:

Ex Satyra.ix.

Fata regunt homines: T
Haec soli commissa tibi. celare memento:

Et tacitus nostras intra te fige querelas:
Nam res mortifera est. inimicus punice leuis
Qui modo secretum commiserat ardet: & odit.
X O Corydon Corydon secretum diuitis vllum
Esse putas. serui vt taceant iumenta loquentur:
y Viuendum est recte: tum propter plurima: tunc bis
Precipue causis. vt linguas mancipiorum
Contemnas. Nam lingua mali pars pessima serui.
z Festinat enim decurrere velox
Flosculus angustæ miseræq; breuissima vitæ
Portio. Dum bibimus: dum certa vnguenta puellas
Poscimus obrepit non intellecta senectus.

Ex Satyra. x.

A Omnibus in terris quæ sunt a gadibus vsq;
Auroram & gangem pauci dignoscere possunt
Vera bona. atq; illis multum diuersa: remota
Erroris nebula. Quid enim ratione timemus.
Aut cupimus. Quid tam dextro pede concipis: v
Conatus non pœniteat: votiq; peracti.
Euertere domos totas optantibus ipsis
Dii faciles: nocitura toga: nocitura petuntur
Militia. ¶ Et torrens dicendi copia multis:
Et sua mortifera est facundia. ¶ Viribus ille
Confisus periit: admirandisq; lacertis
¶ Sed plures nimia congesta pecunia cura
Strangulat: & cuncta exuperant patrimonia census.
B Pauca licet partes argenti vascula puri
Nocte iter ingressus: gladium contumq; timebis:
Et motæ ad lunam trepidabis harundinis vmbras:
Cantabit vacuus coram latrone viator.
C Prima fere vota: & cunctis notissima templis
Diuitiæ crescant: vt opes: vt maxima toto

Nostra sit archa foro. ¶ Sed nulla aconita bibuntur
Fictilibus: tunc illa time cum pocula sumes
Gemmata: & lato setinum ardebit in auro.
Turba tremens. sequitur fortunam semper: & odit E
Damnatos: idem populus: si nursia tusco
Fauisset: si oppressa foret secura senectus
Principis. hac ipsa seianum diceret hora Augustum.
Quid dabat olim F
Imperium fasces: legiones: omnia: nunc se
Continet atq; duas tantum res anxius optat.
Qui nolunt occidere quemq; G
Posse volunt. ¶ Sed quæ preclara & prospera tanti
Vt rebus lætis par sit mensura malorum.
Ergo quid optandum foret ignorasse fateris H
Seianum. nam qui nimios optabat honores:
Et nimias poscebat opes: numerosa parabat
Excelsæ turris tabulata vnde altior esset
Casus & impulsæ preceps immane ruinæ
Quid crassos. quid pompeios euertit. & illum
Ad sua qui domitos deduxit flagra quirites.
Summus nempe locus nulla non arte petitus:
Magnaq; numinibus vota exaudita malignis
¶ Ad generum cereris sine cæde & vulnere pauci
Descendunt reges: & sicca morte tyranni
Eloquium ac famam Demosthenis: aut Ciceronis I
Incipit optare:
Eloquio sed vterq; perit orator: vtrumq;
Largus & exundans læto dedit ingenii fons
Ingenio manus est: & ceruix cæsa: nec vnq;
Sanguine causidici maduerunt rostra pusilli.
Diis ille aduersis genitus: fatoq; sinistro: K
Quem pater ardentis massæ fuligine lippus

A carbone: & forcipibus: gladiosq; parante
Incude & luteo vulcano ad rhetora misit
L Bellorum exuuiæ: truncis affixa trophæis
Lorica: & fracta de casside buccula pendens
Et curtum temone iugum victaq; triremis
Amplustra: & summo tristis captiuus in arcu
Humanis maiora bonis creduntur ad hoc se
Romanus grauisq;: & barbarus induperator
Erexit: causas discriminis: atq; laboris
Inde habuit: tanto maior famæ sitis est q̄
Virtutis. ¶ Quis enim virtutem amplectitur ipsā
Premia si tollas. ¶ Patriam tamen obruit olim
Gloria paucorum & laudis tituliq; cupido
M Expende hannibalem quot libras in duce summo
Inuenies: hic est quem non capit aphrica mauro
Perfusa oceano: niloq; admota repenti
Cursus ad æthiopum populos: aliosq; elephantes
Additur imperiis hyspania pyrrenaeum
Transilit: opposuit natura: alpemq; niuemq;
Diduxit scopulos & montem rupit aceto
Iam tenet italiam. tamen vltra pergere tendit
Actum inquit nihil est: nisi pœno milite portas
Frangimus & media vexillum pono suburra.
O qualis facies & quali digna tabella:
Cum getula ducem portaret bellua luscum
Exitus ergo quis est. o gloria vincitur idem
Nempe & in exilium preceps abit: atq; ibi magnus:
Mirandusq; cliens sedet ad pretoria regis
Donec bithino libeat iugulare tyranno
Finem animæ quæ res humanas miscuit olim
Non gladii non saxa dabunt non tela: sed ille
Cannarum vindex: & tanti sanguinis vltor

Annulus demens: & saeuas curre per alpes
Vt pueris placeas & declamatio fias
Vnus pelleo iuueni non sufficit orbis M
Estuat infoelix angusto limite mundi
Vt gyarae clausus scopulis: paruaqꝫ seripho
Cum tamen a figulis munitam intrauerit vrbem
Sarcophago contentus erit. ¶ Mors sola fatetur
Quantula sunt hominum corpuscula. ¶ Creditur olim O
Velificatus athos & quicquid graecia mendax
Audet in historia: constratum classibus iisdem:
Suppositumqꝫ rotis solidum mare. credimus altos
Defecisse amnes epotaqꝫ flumina medo
Prandente. & madidis cantat quae sostratus alis
Ille tamen qualis rediit salamine relicta
In corum atqꝫ eurum solitus saeuire flagellis
Barbarus. eolio nunq̄ hoc in carcere passos
Ipsum compedibus qui vinxerat ennosigeum!
Mitius id sane quod non in stigmate dignum
Crederet. huic quisq̄ vellet seruire deorum
Sed qualis rediit. nempe vna naue cruentis
Fluctibus: ac tarda per densa cadauera prora
Has totiens optata exegit gloria poenas
Da spatium vitae: multos da iuppiter annos P
Hoc recto vultu solum hoc & pallidus optas
¶ Sed quam continuis: & quantis longa senectus
Plena malis. deformem & tetrum ante omnia vultum
Dissimilemqꝫ sui: deformem pro cute pellem
Pendentesqꝫ genas: & tales aspice rugas
Quales vmbriferos vbi pandit tabraca saltus
In vetula scalpit iam mater simia bucca
Praeterea minimus gelido iam in corpore sanguis
Febre calet sola circumsilit agmine facto

Morborum omne genus
Ille humero: hic lumbis: hic coxa debilis ambos
Perdidit ille oculos: & luscis inuidet huius
Pallida labra cibum accipiunt digitis alienis
Sed omni
Membrorum damno maior dementia quæ nec
Nomina seruorum: nec vultum agnoscit amici
Cum quo præterita cœnauit nocte. nec illos
Quos genuit: quos eduxit:
¶ Hæc data pœna diu viuentibus: vt renouata
Semper clade domus: multis in luctibus inq;
Perpetuo mærore & nigra veste senescant
Rex pilius (magno si quicq͂ credis homero)
Exemplum vitæ fuit a cornice secundæ
Fœlix nimirum qui per tot sæcula mortem
Distulit atq; suos iam dextra computat annos
Quippe nouum totiens mustum bibit oro parumper
Attendas quantum de legibus ipse queratur
Fatorum: & nimio de stamine: cum videt acris
Antilochi barbam ardentem: nam quærit ab omni
Quisquis adest socio: cur hæc in tempore duret
Quod facinus dignum tam longo admiserit æuo
Hæc eadem pelleus raptum cum luget achillem
Atq; alius cui fas ithacum lugere natantem
Q Incolumi troia priamus venisset ad vmbras
Assaraci magnis solemnibus hectore funus
Portante: ac reliquis fratrum ceruicibus inter
Iliadum lacbrymas. vt primos edere planctus
Cassandra inciperet: scissaq; polixena palla
Si foret extinctus diuerso tempore quo iam
Cœperat audaces paris ædificare carinas
Longa dies igitur quid contulit: omnia vidit

Euersa:& flammis asiam ferroq; cadentem:
Tunc miles tremulus posita tulit arma thyara:
Et ruit ante aram summi iouis .vt vetulus bos:
Qui domini cultris tenue & miserabile collum
Præbet:ab ingrato iam fastiditus aratro:
Exitus ille vtcunq; hominis .¶ Sed torua canino R
Latrauit rictu:quæ post hunc vixerat:vxor:
Festino ad nostros:& regem transeo ponti S
Et Crœsum quem vox iusti facunda solonis
Respicere ad longe iussit spacia vltima vitæ.
Exilium.& carcer mynturnarumq; paludes: T
Et mendicatus victa carthagine panis
Hinc causas habuere quid illo ciue tulisset
Natura in terris .quid roma beatius vnq̄
Si circunducto/captiuorum agmine:& omni
Bellorum pompa animam exalasset opimam:
Cum de teutonico vellet descendere curru
Prouida Pompeio dederat campania febres V
Optandas sed multæ vrbes :& publica vota
Vicerunt igitur fortuna ipsius & vrbis
Seruatum victo caput abstulit :hoc cruciatu
Tentalus :hac pœna caruit.ceciditq; Cethegus
Integer:& iacuit catilina cadauere toto
Formam optat modico pueris maiore puellis X
Murmure:cum veneris fanum videt anxia mater
Sed vetat optari faciem Lucrecia qualem
Ipsa habuit cuperet rutilæ virginia gibbum
Accipere.atq; suam rutilæ dare. ¶ Filius autem y
Corporis egregii miseros:trepidosq; parentes
Semper habet. ¶ Rara est adeo concordia formæ
Atq; pudicitiæ:
Mulier sæuissimæ tunc est: A

Cum stimulos odio pudor admouet
B Nil ergo optabunt homines. Si consilium vis
Permittes ipsis expendere numinibus quid
Conueniat nobis rebusqꝫ sit vtile nostris
Nam pro iocundis aptissima quæqꝫ dabunt dii
Charior est illis homo ꝙ sibi. Nos animorum
Impulsu: O cæca magnaqꝫ cupidine ducti
Coniugium petimus. partumqꝫ vxoris. At illis
Notum: qui pueri qualisqꝫ futura sit vxor
C Attamen vt poscas aliquid: voueasqꝫ sacellis
Exta: et candiduli diuina thomacula porci
Orandum est vt sit mens sana in corpore sano
Fortem posce animum: mortis terrore carentem
Qui spatium vitæ extremum inter munera ponat
Naturæ: qui ferre queat quoscunqꝫ labores
Nesciat irasci: cupiat nihil: O potiores
Herculis erumnas credat. sæuosqꝫ labores
Et venere et cœnis et plumis sardanapali
Monstro quod ipse tibi possis dare: semita certe
Tranquillæ per virtutem patet vnica vitæ
D Nullum numen abest si sit prudentia. Sed te
Nos facimus fortuna deam cœloqꝫ locamus
Ex Satyra.xi.
E Multos porro vides: quos sæpe elusus ad ipsum
Creditor introitum solet expectare macelli
Et quibus in solo viuendi causa palato est.
Interea gustus elementa per omnia quærunt
Nunꝙ animo preciis obstantibus. Interius si
Attendas magis illa iuuant quæ pluris emuntur.
F Illum ego iure
Despiciam: qui scit quantum sublimior atlas
Omnibus in libya sit montibus. hic tamen idem

Ignoret quantum ferrata distet ab area
Sacculus e cœlo descendit gnothi se auton
Fingendum: et memori tractandum pectore: siue
Coniugium quæras vel sacri in parte senatus
Esse velis nec enim loricam poscit achillis
Tersites: in qua se traducebat vlyxes
Ancipitem seu tu magno discrimine causam
Protegere affectas te consule: dic tibi qui sis
Orator vehemens. an curtius an matho. buccæ
Noscenda est mensura tuæ: spectandaq; rebus
In summis: minimisq;: etiam cum piscis emetur
Non prematuri cineres nec funus acerbum G
Luxuriæ. sed morte magis metuenda senectus
Ingratos ante omnia pone sodales. H
Iam nunc in balnea salua I
Fronte licet vadas: quanq; solida hora supersit
Ad sextam: facere hoc non possis quinq; diebus
Continuis: quia sunt talis quoq; tedia vitæ
Magna. voluptates commendat rarior vsus.

Ex Satyra. xii.

Accidit et nostro similis fortuna catullo K
Cum plenus fluctu medius foret alueus et iam
Alternum puppis latus euertentibus vndis
Arboris incerto nullam prudentia cani
Rectoris cum ferret opem. decidere iactu
Cepit cum ventis imitatus castora: qui se
Eunuchum ipse facit cupiens euadere damno
Testiculorum adeo medicatum intelligit inguen
Fundite quæ mea sunt dicebat cuncta catullus
Præcipitare volens. etiam pulcherrima. vestem
Purpuream. teneris quoq; mæcenatibus aptam.
Sed quis nunc alius. qua mundi parte. quis audet L

Argento præferre caput. rebusq; salutem
Non propter vitam faciunt patrimonia quidam:
Sed cæci vitio propter patrimonia viuunt
M Nunc & ventis animam committe dolato
Confisus ligno digitis a morte remotus
Quattuor: aut septem: si sit lautissima tæda
N Viuat pacuuius quæso vel Nestora totum
Possideat quantum rapuit Nero: montibus aurum
Exæquet: nec amet quemq;: nec ametur ab vllo

Ex Satyra. xiii.

O Exemplo quodcunq; malo committitur ipsi
Displicet auctori prima est hæc vltio quod se
Iudice nemo nocens absoluitur. improba quamuis
Gratia fallacis prætoris vicerit vrnam
Quid sentire putas omnes caluine recenti
De scelere: & fidei violate crimine.
P Ponamus nimios gemitus flagrantior æquo
Non debet dolor esse viri: nec vulnere maior
Q Magna equidem sacris quæ dat præcepta libellis
Victrix fortunæ sapientia. ¶ Dicimus autem
Hos quoq; fælices: qui ferre incommoda vitæ:
Nec iactare iugum vita didicere magistra
R Quæ tam festa dies vt cesset prodere furem
Perfidiam. fraudes. atq; omni ex crimine lucrum
Quæsitum. & partos gladio vel pixide numos.
Rari quippe boni numero vix sunt totidem: quot
Thebarum porte: vel diuitis hostilia nili
¶ Non ætas agitur: peioraq; sæcula ferri
Temporibus: quorum sceleri non inuenit ipsa
Nomen: & a nullo posuit natura metallo
S Improbitas illo fuit admirabilis æuo
Credebant hoc grande nefas: & morte piandum

Si iuuenis vetulo non assurrexerat: & si
Barbato cuicunqꝫ puer: licet ipse videret
Plura domi farra: & maiores glandis aceruos
Tam venerabile erat: præcedere quattuor annis
Primaqꝫ par adeo sacræ lanugo senectæ
Nunc si depositum non inficietur amicus T
Si reddat veterem cum tota erugine follem
Prodigiosa fides: & tuscis digna tabellis:
Quæqꝫ coronata lustrari debeat agna
Egregium sanctumqꝫ virum si cerno bimembri
Hoc monstrum puero: & miranti iam sub aratro
Piscibus inuentis: & fœtæ comparo mulæ
Tum facile & pronum est superos contemnere testes V
Si mortalis idem nemo sciat: aspice quanta
Voce neget: quæ sit ficti constantia vultus:
Per solis radios: tarpeiaqꝫ fulmina iurant
Sunt qui in fortunæ iam casibus omnia ponant:
Et nullo credant mundum rectore moueri
Natura voluente vices: & lucis: & anni. X
Atqꝫ ideo intrepidi quæcunqꝫ altaria tangunt.
Est alius metuens ne crimen pœna sequatur y
Hic putat esse deos: et peierat: atqꝫ ita secum
Decernat quodcunqꝫ volet de corpore nostro
Isis: & irato feriat mea lumina sistro
Dum modo vel cæcus teneant quos abnego nummos
Vt sit magna: tamen certe lenta ira deorum est Ꝫ
Si currant igitur cunctos punire nocentes A
Quando ad me veniet.
Quandoquidem accepto claudenda est ianua damno B
Et maiore domus gemitu: maiore tumultu
Planguntur nummi: quam funera: nemo dolores
Fingit in occasum vestem deducere summam

Contentus vexare oculos humore coacto.
Ploratur lacbrymis ammissa pecunia veris.
C Te nunc delitias extra communia censes
Ponendum. quia tu galliae filius albae:
Nos viles pullinati in foelicibus ouis.
D Rem pateris modicam & mediocribile ferendam.
Si flectas oculos maiora ad crimina:
E Humani generis mores tibi nosse volenti
Sufficit vna domus: paucos consume dies: &
Dicere te miserum: postq̃ illinc veneris aude:
F Nulla ne periuri capitis: fraudisq; nephandae
Poena erit. adreptum crede hunc grauiore cathenas
Protinus: & nostro quid plus velit ira necari
Arbitrio. ¶ Manet illa tamen iactura: nec vnq̃
Depositum tibi sospes erit: sed corpore trunco
Inuidiosa dabit minimus solatia sanguis.
At vindicta bonum vita iocundius ipsa.
Nempe hoc indocti q orum precordia nullis
Interdum aut leuibus videas flagrantia causis:
Quantula cunq; adeo est occasio: sufficit irae.
Crysippus non dicet idem. nec mitte Thaletis
Ingenium. dulciq; senex vicinus hymeto
Qui partem acceptae saeua inter vincla cicutae
G Accusatori nollet dare. ¶ Plurima felix
Paulatim vitia. atq; errores exuit omnes
H Prima docens rectum sapientia. ¶ Quippe minuti
Semper & infirmi est animi: exiguiq; voluptas
Vltio. Continuo sic collige. quod vindicta
I Nemo magis gaudet q̃ foemina. Cur tamen hos tu
Euasisse putas quos diri conscia facti
Mens habet attonitos. & surdo verbere cedit:
Occultum quotiens animo tortore flagellum.

Pœna autem vehemens: ac multo sæuior illis
Quas et Sedicius grauis inuenit: et Radamanthus.
Nocte dieqꝫ suum gestare in pectore testem.
Spartbano cuidam respondit pythia vates K
Haud impunitum quondam fore: quid dubitaret
Depositum retinere: et fraudem iure tueri
Iurando: quærebat enim quæ numinis esset
Mens: et an hoc illi facinus suaderet appollo.
Reddidit ergo metu: non moribus: et tamen omnem
Vocem aditi dignam templo: veramqꝫ probauit.
Extinctus tota pariter cum prole: domoqꝫ:
Ex quauis longa deductus gente propinquis.
Has patitur pœnas peccandi sola voluntas.
Nam scelus intra se tacitum qui cogitat vllum L
Facti crimen habet. Cedo si conata peregit M
Perpetua anxietas: nec mensæ tempore cessat.
Faucibus vt morbo siccis: interqꝫ molares
Difficili crescente cibo:
Nocte breuem si forte indulsit cura soporem: N
Et toto versata thoro iam membra quiescunt.
Continuo templum: et violati numinis aras:
Et quod præcipuis mentem sudoribus vrget.
Te videt in somnis: tuo sacra: et maior ymago
Humana: turbat pauidum: cogitqꝫ fateri.
Hi sunt qui trepidant: et ad omnia fulgura pallent.
Cum tonat exanimes: primo quoqꝫ murmure cœli.
Non quasi fortuitu: nec ventorum rabie: sed
Iratus cadat in terras: et vindicet ignis.
Illa nihil nocuit: cura grauiore timetur
Proxima tempestas velut hoc dilata sereno.
Præterea lateris vigili cum febre dolorem O
Si cœpere pati. missum ad sua corpora morbum

In festo credunt a numine saxa deorum
Hæc & tela pecudem spondere sacello
Balantem & laribus cristam promittere galli
Non audent quid enim sperare nocentibus ægris
Concessum vel quæ non dignior hostia vita
P Mobilis & varia est ferme natura malorum
Cum scelus admittunt superest constantia: quid fas:
Atq3 nefas: tandem incipiunt sentire peractis
Criminibus tamen ad mores natura recurrit
Damnatos: fixa & mutari nescia. ¶ Nam quis
Peccandi finem posuit sibi quando recepit
Electum semel attrita de fronte ruborem
Quis nam hominū est: quem tu contentū videris vno
Q Flagitio. ¶ Dabit in laqueum vestigia tandem
Perfidus: & nigri patietur carceris vncum
Aut maris egei rupem: scopulosq3 frequentes
Exulibus magnis pœna gaudebis amara
R Nominis inuisi. ¶ Tandemq3 fatebere lætus:
Nec surdum nec Tiresyam quemq3 esse deorum.

Ex Satyra.xiiii.

S Plurima sunt fuscine & fama digna sinistra
Et nitidis maculam ac rugam figentia rebus
Quæ monstrant ipsi pueris traduntq3 parentes
Si damnosa senem iuuat alea ludit & hæres
Bullatus paruoq3 eadem mouet arma fritillo
Sic natura iubet velocius & citius nos
Corrumpunt vitiorum exempla domestica magnis
Cum subeant animas auctoribus vnus & alter
Forsitan hæc spernant iuuenes quibus arte benigna:
Et meliore luto finxit procordia tytan
Sed reliquos fugienda patrum vestigia ducunt
Et monstrata diu veteris trahit orbita culpæ

Abstineas igitur damnis huiusce & enim vel
Vna potens ratio est: ne crimina nostra sequantur
Ex nobis geniti. quoniam dociles immittendis
Turpibus: ac prauis omnes sumus: & catilinam
Quocunq; in populo videas quocunq; sub axe.
Sed nec brutus erit bruti: nec auunculus vsq;
Nil dictu fœdum. visuq; hæc limina tangant
Intra quæ puer est: procul hinc: procul inde puellæ.
Lenonum. & cantus pernoctantis parasiti.
Maxima debetur puero reuerentia: si quid
Turpe paras: nec tu pueri contempseris annos.
Sed peccaturo obsistat tibi filius infans.
Nam si quid dignum censoris fecerit ira: T
Quando quidem & similem tibi se: non tempore tantum:
Nec vultu dederit morum quoq; filius: & cum
Omnia deterius tua per vestigia peccet.
Corripies nimirum: & castigabis acerbo
Clamore: aut post hæc tabulas mutare parabis
Vnde tibi frontem libertatemq; parentis.
Cum facias peiora senex. vacuumq; cerebro
Iam pridem caput hoc ventosa cucurbita quærat.
Hospite venturo cessabit nemo tuorum. V
Verre pauimentum: nitidas ostende columnas.
Arida cum tota descendat aranea tela.
Hic lauet argentum. vasa aspera tergeat alter.
Vox domini fremit instantis: virgamq; tenentis
Ergo miser trepidas ne stercore fœda camino
Atria displiceant oculis venientis amici.
Ne perfusa luto sit porticus: & tamen vno
Semodio scobis hæc emendet seruulus vnus.
Illud non agitas. vt sanctam filius omni
Aspiciat sine labe domum: vitioq; carentem

X Gratum est quod patriæ ciuem: populoqꝫ dedisti:
Si facis vt patriæ sit idoneus: vtilis agris:
Vtilis & bellorum: et pacis rebus agendis:
Plurimū enim intererit quib⁹ artibus: & quibus hūc tu
Moribus instituas: serpente ciconia pullos
Nutrit: & inuenta per deuia rura lacerta:
Illi eadem sumptis quærunt animalia pennis.
Vultur iumento & canibus crucibusqꝫ relictis
Ad fœtus properat: partemqꝫ cadaueris affert:
Hic est ergo cibus magni quoqꝫ vulturis: & se
Pascentis: propria cum iam facit arbore nidos.
Sed leporem: aut capream famulæ iouis & generosæ
In saltu venantur aues: nunc præda cubili
Ponitur. inde autem cum se matura leuabit
Progenies stimulante fame: festinat ad illam
Quā primum prædam rupto gustauerit ouo.
y Sponte tamen iuuenes imitantur cætera: solam:
Inuiti quoqꝫ auaritiam exercere iubentur.
Fallit enim vitium specie virtutis: et vmbra.
Cum sit triste habitu: vultuqꝫ: & veste seuerum:
Nec dubie tanꝗ frugi laudatur auarus:
Tanꝗ parcus homo: & rerum tutela suarum:
Certa magis: ꝗ si fortunas seruet easdem
Hesperidum serpens: aut ponticus:
A Sed quo diuitias hac per tormenta coactus
Cum furor haud dubius: cum sit manifesta frenesis
Vt locuples moriaris egentē viuere fato:
B Interea pleno cum turget sacculus ore
Crescit amor nūmi quantum ipsa pecunia crescit:
Et minus hanc optat qui non habet: ergo paratur
Altera villa tibi: cum rus non sufficit vnum:
Et proferre libet fines: maiorqꝫ videtur:

Et melior vicina seges: mercaris & hanc: &
Arbusta: & densa montem qui canet oliua.
Nunc modus hic agri nostro non sufficit orto.
Inde fere scelerum causæ. nec plura venena
Miscuit: aut ferro grassatur sæpius vllum
Humanæ mentis vitium: q̄ sæua cupido.
Indomiti census. ℭ Nam diues qui fieri vult: C
Et cito vult fieri. sed quæ reuerentia legum:
Quis metus: aut pudor est vnq̄ properantis auari.
Viuite contenti casulis: & collibus istis D
O pueri Narsus dicebat: & Hernicus olim:
Vestinusq; senex panem quæramus aratro
Qui satis est mensis:
Ad scelus. atq; nephas quæcūq; est purpura ducit: E
Nec credas ponendum aliquid discriminis inter F
Vnguenta: & corium lucri bonus est odor: ex te
Qualibet: illa tuo sententia semper in ore
Versetur: diis atq; ipso ioue digna poetæ.
Vnde habeas quærit nemo. sed oportet habere:
Falsus erit testis: vendet periuria summa. G
Exigua tereris tangens aramq;: pedemq;
Nam quisquis magni census precepit amorem: H
Et leuo monitu pueros producit auaros.
Et qui per fraudes patrimonia conduplicari
Dat libertatem: & totas effundit habenas
Curriculo: quem si reuoces subsistere nescit.
Et te contempto rapitur: metisq; relictis.
Nemo satis credit tantum delinquere quantum
Permittas: adeo indulgent sibi latius ipsi.
Ergo ignem cuius scintillas ipse dedisti
Flagrantem late: & rapientem cuncta videbis.
Nec tibi parcetur misero: trepidumq; magistrum

In caueam magno fremitu leo tollet alumnus.
I Tantis parta malis: cura maiore. metuq;
Seruantur: misera est magni custodia census.
K Sensit Alexander testa cum vidit in illa
Magnum habitatorem: quanto fœlicior: hic qui
Nil cuperet: q̄ꝫ qui totum sibi posceret orbem:
Passurus gestis æquanda pericula rebus:
L Nullum numen abest si sit prudentia. ¶ Sed te
M Nos facimus fortuna deam. ¶ Mensura tamen quæ
Sufficiat census: si quis me consulat. edam
In quantum sitis: atq; fames: & frigora poscunt
Quantum epicure tibi paruis suffecit in hortis.
Quantum socratici ceperunt ante penates.
Nunq̄ꝫ aliud natura: aliud sapientia dicet.
N Nec Crœsi fortuna vnq̄ꝫ: nec persica regna
Sufficient animo nec diuitiæ Narcissi
Indulsi Cæsar. cui claudius omnia:
Ex Satyra. xv. & penultima.
O Terra malos homines nunc educat:
P Qui enim bonus: & face dignus.
Archana qualem ceteris. vult esse sacerdos
Vlla aliena sibi credat mala separat hæc nos
A grege mutorum: atq; ideo venerabile soli
Sortiti ingenium: diuinorumq; capaces:
Atq; exercendis: capiendisq; artibus apti.
¶ Sensum a cœlesti demissum traximus arce
Cuius egent prona. & terram spectātia. mundi
Principio indulsit communis conditor illis
Tantum animas: nobis animum quoq;: mutuus vt nos
Affectus petere auxilium: & prestare hiberet.
Dispersos trahere in populum migrare vetusto
De nemore: & proauis habitatas linquere siluas.

Edificare domos: laribus coniungere nostris
Tectum aliud: tutos vicino limine somnos.
Vt collata daret fiducia: protegere armis
Lapsum: aut ingenti nutantem vulnere ciuem.
Communi dare signa tuba: defendier isdem
Turribus: atq; vna portarum claue teneri.
Sed iam serpentum maior concordia. parcit Q
Cognatis maculis similis fera: quando leoni
Fortior eripuit vitam leo: quo nemore vnq̄
Expirauit aper: maioris dentibus apri.
Indica tigris agit rapida cum tigride pacem
Perpetuam sauis inter se conuenit vrsis.
Ast homini ferrum lætale incude nefanda
Produxisse parum est:
Aspicimus populos quorum non sufficit ire R
Occidisse aliquem: sed pectora brachia. vultum:
Crediderint genus: esse cibi. ¶ Quid diceret ergo
Vel quo non fugeret. si nunc hæc monstra videret
Pythagoras. Cunctis animalibus abstinuit qui
Tanq̄ homine: & ventri indulsit non omne legumen.

Ex Comediis Persii. Ex prohemio prima flores electi.

Quis expediuit psitaco suum chære. S
Picasq; docuit nostra verba conari.
Magister artis: ingeniniq; largitor
Venter: negatas artifex sequi voces.

Ex Satyra Prima.

O curas hominum o quantum est in rebus inane: T
Non si quid turbida roma V
Eleuet: accedas: examenq; improbum in illa
Castiges trutina: nec te quesiueris extra.
Vsq; adeo ne
Scire tutum nihil est: nisi te scire hoc sciat alter.

At pulchrum est digito monstrari. & dicier hic est
Rides ait: & nimis vncis
Naribus indulges an erit: qui velle recuset
Os populi meruisse: & cedro digna locutus Linquere
Non ego qui scribo: si forte quid aptius exit
Quanda hæc rara auis est: si quid tamen aptius exit
Laudari metuam. neq; enim mihi cornea fibra est:
Sed recti: finemq;: ex tremumq; esse recuso
y Auriculas asini quis non habet.
Ex Satyra Persii.ii.
A O curue in terris animæ: & cœlestium inanes:
Quid iuuat hoc templis nostros immittere mores:
Et bona diis ex hac scelerata ducere pulpa.
B At vos Dicite pontifices in templo quid facit aurum.
Nempe hoc: quod veneri donatæ a virgine pupæ.
Quin damus id superis: de magna quod dare lance
Non possit magni messalæ lippa propago
Compositum ius: fasq; animi: sanctosq; recessus
Mentis: & incoctum generoso pectus honesto.
Hæc cedo: vt admoueam templis. & farre litabo
Ex Satyra.iii. Persii.
C Rure paterno
Est tibi far modicum. Purum: & sine labe salinum
Quid metuas. cultrixq; foci: secura patella
D Hoc satis. ¶ An deceat pulmone rumpere ventis
Stemmate q tusco ramum millesime ducis:
Censoremve tuum: vel quod trabeate salutas:
Ad populum faleras: ego te intus & incute noui
E Magne pater diuum sæuos punire tyrannos
Haud alia ratione velis cum dira libido
Mouerit ingenium: feruenti tincta veneno
Virtutem videant: intabescantq; relicta

Anne magis siculi gemuerunt æra iuuenci.
Et magis auratis pendens laquearibus ensis
Purpureas subter ceruices terruit.
Helleborum frustra (cum iam cutis ægra tumebit) F
Poscentes videas: venienti occurrite morbo
Discite: at o miseri & causas cognoscite rerum G
Quid sumus aut quid nam victuri gignimur ordo
Quis datus. aut metæ: ꝙ mollis flexus: & vnde:
Quis modus argento quid fas optare: quid asper.
Vtile nummus habet: patriæ: charisqȝ propinquis
Quantum largiri deceat: quem te deus esse
Iussit & humana qua parte locatus es in re
Disce. ¶ Neqȝ inuideas quod multa fidelia ponat H
In locuplete penu defensis pinguibus vmbris
Et piper: & pernæ marsi monimenta clientis:
Menaqȝ: quod prima nondum defecerit arca.

Ex Satyra Persii. iiii.

Vt nemo in sese tentat descendere nemo I
Sed præcedenti spectatur mantica tergo
Respue quod non es. tollat sua munera cerdo K
Tecum habita. vt noris: ꝙ sit tibi curta supellex

Ex Satyra Persii. v.

Mille hominum species: & rerum discolor vsus L
Velle suum cuiqȝ est nec voto viuitur vno
Mercibus hic italis mutat sub sole recenti
Rugosum piper. & pallentis grana cymini.
Hic satur: irriguo mauult turgescere somno
Hic campo indulget. hunc alea decoquit. ¶ Ille M
In venerem est putris. sed cum lapidosa chiragra
Fregerit articulos veteris ramalia fagi.
Tunc crassos transisse dies: lucemqȝ palustrem:
Et sibi iam seri vitam ingemuere relictam

N At te nocturnis iuuat impallescere cartis
Cultor enim iuuenum purgatas inseris aures
Fruge cleantea. ¶ Petite hinc iuuenesqꝫ senesqꝫ
Finem animo certum: miserisqꝫ viatica canis
O Cras hoc fiet. Idem cras fiet. quid: quasi magnum
Nempe diem donas. Sed cum lux altera venit
Iam cras hesternum consumpsimus ecce aliud cras
Egerit hos annos: & semper paulum erit vltra
Nam quis prope te: quamuis temone sub vno
Vertentem sese frustra sectabere cantum
Cum rota posterior currus. & in axe secundo
P Stat contra ratio: & secretam gannit in aurem
Ne liceat facere id quod quis vitiabit agendo
Publica lex hominum naturaqꝫ continet hoc fas
Vt teneat vetitos inscitia debilis actus
Diluis helleborum certo compescere puncto
Nescius examen: vetat hoc natura medendi
Q Pelliculam veterem retines: & fronte politus
Astutam vapido seruas sub pectore vulpem
R Indulge genio carpamus dulcia nostrum est
Quod viuis: cinis & manes & fabula fies
¶ Viue memor leti fugit hora hoc quod loquor inde est
S Nec (tu cum obstiteris semel instantiqꝫ negaris
Parere imperio) rupi iam vincula dicas
Nam luctata canis nodum abripit: ast tamen illi
Cum fugit a collo trahitur pars longa cathena
Ex Satyra. vi. Persii
T Vende animam lucro mercare atqꝫ excute sollers
Omne latus mundi: ne sit prestantior alter
Cappadocas rigida pingues pauisse catasta.
Rem duplica: feci: iam triplex iam mihi quarto
Iam decies: redit in rugam depinge vbi sistam

Iuuentus chrysippe tui finitor aceruí

Ex Lucani Libris .Ex Lib.i.flores electi.

QVis furor o ciues .quæ tanta licentia ferri V
Gentibus inuisis latium præbere cruorem.
Cumq; superba foret babylon spolianda trophæis
Ausoniis .vmbraq; erraret crassus inulta
Bella geri placuit:nullos habitura triumphos
Heu quantum terræ potuit pelagiq; parari
Hoc quem ciuiles hauserunt sanguine dextræ
Fert animus causas tantarum expromere rerum X
Immensumq; aperitur opus:quid in arma furentem
Impulerit populum:quid pacem excusserit orbi
Inuida fatorum series:summisq; negatum
Stare diu:nimioq; graues sub pondere lapsus
Nec se roma furens . ¶ Sic cum compage soluta y
Sæcula tot mundi suprema coegerit hora
Antiquum repetens iterum chaos:omnia mixtis
Sydera syderibus concurrent:ignea pontum
Astra petent:tellusq; extendere littora nolet:
Excutietq; fretum fratri contraria phœbe
Ibit & obliquum bigas agitare per orbem
Indignata:diem posset sibi:totaq; discors
Machina diuulsi turbabit fœdera mundi
In se magna ruunt lætis hunc numina rebus A
Crescendi posuere modum:
Tu causa malorum B
Facta tribus dominis communis roma:nec vnq̄
In turbam missi feralia fœdera regni
O male concordes:nimiaq; cupidine cæci: C
Quid miserere iuuat vires .orbemq; tenere
In medio:dum terra fretum:terrasq; leuabit
Aer:& longi voluent titana labores

Noxq; diem cælo totidem per signa sequetur
Nulla fides regni socijs: omnisq; potestas
Impatiens consortis erit: nec gentibus vllis
Credito nec longe fatorum exempla petantur
¶ Fraterno primi maduerunt sanguine muri
D Miserando funere crassus
Assyrias latio maculauit sanguine carras
E Stimulos dedit emula virtus
Nec quemquam iam ferre potest: Cæsar ve priorem
Pompeius ve parem
F Namq; vt opes nimias mundo fortuna subacto
Intulit: & rebus mores cessere secundis:
Prædaq; & hostiles luxum suasere rapinæ.
Non auro tectisq; modus: mensasq; priores
Aspernata fames: cultus gestare decoros
Vix nuribus rapuere mares: fœcunda virorum
Paupertas fugitur
G Hinc vsura vorax: auidumq; in tempore fœnus
Et concussa fides: & multis vtile bellum
H Diriguere metu: gelidos pauor occupat artus
Et tacito mutos voluunt in pectore quæstus:
I Tolle moras: semper nocuit differre paratis.
K Nullus semel ore receptus
Pollutas patitur sanguis mansuescere fauces
L Imminet armorum rabies ferriq; potestas
Confundet ius omne manu sceleriq; nefando
Nomen erit virtus: multosq; exibit in annos Hic furor

Ex.ii.L.i.Lucani

M Iamq; iræ patuere deum manifestaq; belli
Signa dedit mundus: legesq; & fœdera rerum
Præscia monstrifero vertit natura tumultu:
Indixitq; nefas.

Siue parens rerum cum primum informia regna: N
Materiamqꝫ rudem flamma cedente recepit
Fixit in eternum causas: qua cuncta coercet
Se quoqꝫ lege tenens: & secula iussa ferentem
Fatorum immoto diuisit limite mundum
¶ Siue nihil positum est; sed sors incerta vagatur
Fertqꝫ: refertqꝫ vices: & habent mortalia casum
Sit subitum quodcunqꝫ paras. ¶ Sit caeca futuri
Mens hominum fati liceat sperare timenti
Cum post theutonicos victor: libycosqꝫ triumphos O
Exul limosa Marius caput abdidit vlua
Stagna auidi texere soli. laxaeqꝫ paludes
Depositum fortuna tuum mox vincula ferri
Exedere senem: longusqꝫ in carcere pedor
Idem pelago delatus iniquo
Hostilem in terram: vacuisqꝫ mapalibus actus
Nuda triumphati iacuit per regna iugurtae:
Et poenos pressit cineres: solatia fati
Cartago Mariusqꝫ tulit
¶ Septimus exequitur repetitis fascibus annus
Ille fuit vitae mario modus: omnia passo:
Quae peior fortuna potest: atqꝫ omnibus vso:
Quae melior. mensoqꝫ homini quid fata pararent:
Sylla quoqꝫ immensis accessit cladibus vltor P
Ille quod exiguum restabat sanguinis vrbi
Hausit dumqꝫ nimis iam putrida membra recidit
Excessit medicina modum, nimiumqꝫ secuta est
Qua morbi duxere manus perIere nocentes
Sed cum iam soli possent superesse nocentes
Tunc data libertas odiis resolutaqꝫ legum
Frenis ira ruit non vni cuncta dabantur
Sed fecit sibi quisqꝫ nefas semel omnia victor

Iusserat infandum domini per viscera ferrum
Exegit famulus: nati maduere paterno
Sanguine: certatum est cui ceruix cæsa parentis
Caderet in fratrum ceciderunt premia fratres
Q Quid sanguine manes
Placatos catuli referam cum victima tristis
Inferias marius: forsan nolentibus vmbris.
Pendit in expleto non fanda pericula busto
Cum laceros artus: æquataqz vulnera membris
Vidimus & toto quamuis in corpore cæso
Nil animæ laetale datum: moremqz nefandæ
Dirum seuitia pereuntis parcere morti
Auulsæ cecidere manus: exectaqz lingua
Palpitat & muto vacuum ferit aera motu
Hic aures: alius spiramnia naris aduncæ
Amputat: ille cauis euoluit sedibus orbes:
Vltimaqz effudit spectatis lumina membris
Vix erit vlla fides tam sæui criminis: vnum
Tot pœnas cepisse caput: sic mole ruinæ
Fracta sub ingenti miscentur pondere membra
Nec magis informes veniunt ad littora trunci
Qui medio periere freto:
R Hi mores: hæc duri immota Catonis
Secta fuit: seruare modum finemqz tenere:
Naturamqz sequi patriæqz impendere vitam
Nec sibi: sed toti genitum se credere mundo
Iusticiæ cultor: rigidi seruator honesti:
In commune bonus: nulloqz catonis in actus
Surrepsit: partemqz tulit sibi nata voluptas:
S Cæsar in arma furens. nullas nisi sanguine fuso
Gaudet habere vias: quod non terat hoste vacante
Hesperiæ fines: vacuosqz irrumpat in agros:

Atq; ipsum non perdat iter. confertaq; bellis
Bella gerat: non tam portas intrare patentes:
Quam fregisse iuuat: nec tam patiente colono
Arua premi. q̄ si ferro populentur: & igni
Concessa pudet ire via. ciuemq; videri
Cæsar in omnia preceps:
Nil actum credens: cum quid superesset agendum

Ex.iii.Li.Lucani.

Sedibus elysiis campoq; expulsa piorum T
Ad stygias inqnit tenebras: manesq; nocentes
Post bellum ciuile trabor:
Vsq; adeo solus ferrum: mortemq; timere V
Auri nescit amor. ¶ Pereunt discrimine nullo X
Amissæ leges. ¶ Sed pars vilissima rerum y
Certamen mouistis opes:
Si cælicolis furor arma dedisset A
Aut si terrigenæ tentarent astra gigantes
Non tamen auderet pietas humana: vel armis
Vel votis prodesse Ioui sortisq; deorum
Ignarum mortale genus. ¶ Per fulmina tantum
Sciret adhuc cælo solum regnare tonantem
Quis enim læsos impune putaret B
Esse deos. seruat multos fortuna nocentes
Et tantum miseris irasci numina possunt
Creuit in aduersis virtus C

Ex.iiii.Li.Lucani.

Tum frigidus artus D
Alligat: atq; animum subducto robore torpor
O prodiga rerum E
Luxuries: num̄q̄ paruo contenta paratu
Et quæsitorum terra: pelagoq; ciborum
Ambitiosa fames: & lautæ gloria mensæ

¶ Discite quam paruo liceat producere vitam:
Et quantum natura petat:non erigit agros
Nobilis ignoto diffusus consule bacchus:
Non auro myrraq; bibunt:sed gurgite puro
Vita redit:satis est populis fluuiusq;:ceresq;.

F Variam semper dant ocia mentem.

Ex.v.Lib Lucani.

G Qui terram cœli patitur deus omnia cursus
Aeterni secreta tenens:mundiq; futuri
Conscius ac populis sese proferre paratus:

H O vita tuta facultas
Pauperis angustiq; lares o munera nondum
Intellecta deum:quibus hoc contingere templis:
Aut muris potuit:nullo trepidare tumultu
Cæsarea pulsante manu.

I Intrepidus quãcunq; datis mihi numina mortẽ. Accipiant:

Ex.vi Lib.Lucani.

K At simul a prima descendit origine mundi
Causarum series:atq; omnia fata laborant:
Si quicq̃ mutare velis:vnoq; sub ictu
Stat genus humanum:

L Nequeunt animam sibi reddere fata
Consumpto iam iure semel.

Ex.vii.Lib.Lucani.

M Romani maximus auctor
Tullius eloquii:cuius sub iure togaq;
Pacificus sæuus tremuit catilina secures.
Addidit inualidæ robur facundia causæ.

N Fortissimus ille est.
Qui promptus metuenda pati.si cominus instent.
Et differre potest:

O Nec plura locutus.

Impulit amentes: auriq; cupidine cæcos
Ire super gladios: superq; cadauera patrum:
Et cæsos calcare duces:
Inuenere quidem spoliato plurima mundo
Bellorum in sumptus congestæ pondera massæ:
Sed non impleuit cupientes omnia mentes:
Quicquid fodit hiber: quicquid tagus extulit auri:
Quodq; legit diues summis armaspus harenis vt rapiant
Omnes in cæsare manes P
Hunc omnes gladii quos aut pharsalia vidit
Aut vltrix visura dies stringente senatu
Illa nocte premunt: hunc in fera monstra flagellant:
Heu quantum misero pœnæ mens conscia donat.
Nil agis hac ira tabes ne cadauera soluat: Q
An rogus, haud referet, placido natura receptat
Cuncta sinu, finemq; sui sibi corpora debent.
Hos cæsar populos, si nunc non vsserit ignis
Vret cum terris, vret cum gurgite ponti
Cōmunis mūdo superest rogus ossibus astra Mixturus
Capit omnia tellus R
Quæ genuit cœlo tegitur qui non habet vrnam

Ex Libro Lucani. viii.

Ardua quippe fides robustos exigit annos. S
Mors vltima pœna est, T
Nec metuenda viris,
Si numina nasci V
Credimus. haud quemq; fas est cepisse deorum,
Ius & fas multos faciunt ptholomæe nocentes. X
Dat pœnas laudata fides, quum sustinet inquit
Quos fortuna premit, fatis accede, deisq;,
Et cole fœlices, miseros fuge, sydera terra
Vt distant, & flamma mari, sic vtile recto.

Septrorum vis tota perit:si pendere iusta
Incipit euertitq; arces respectus honesti.
Libertas scelerum est quæ regna inuisa tuetur.

Exeat aula:

Qui vult esse pius :virtus :& summa potestas
Non coeunt. semper metuet:quem sæua pudebunt.

A Aduersis non deesse decet. ¶ Sed læte secutos:
Nulla fides nunq; miseros elegit amicos.

B Pellæusq; puer gladio tibi colla recidit Magne tuo

Ex Libro Lucani. ix.

C At non in pharia manes iacuere fauilla.
Nec cinis exiguus tantam compescuit vmbram:
Prosiluit busto: semiustaq; membra relinquens:
Degeneremq; rogum: sequitur conuexa tonantis:
Qua niger astriferis connectitur axibus aer.
Quaq; patet terras inter lunæq; meatus
Semidei manes habitant: quos ignea virtus
Innocuos vita patientes ætheris imi
Fecit: & æternos animam collegit in orbes

D Non illuc auro positi: nec thure sepulti
Perueniunt. ¶ Illic postq; se lumine vero
Impleuit: stellasq; vagas miratur. & astra
Fixa polis vidit quanta sub nocte iaceret
Nostra dies: risitq; sui ludibria trunci:

E Clausa fides miseris.

F O quibus vna salus placuit mea signa secutis
Indomita ceruice mori: componite mentes
Ad magnum virtutis opus: summosq; labores.

Primus arenas
Ingrediar primusq; gradus in puluere ponam
Me calor æthereus feriat: mihi plena veneno
Occurrat serpens: fatoq; pericula vestra

Prætentate meo: sitiat quicunqꝫ bibentem
Viderit: aut umbras nemorum quicunqꝫ petentem
Extuet: aut equitem peditum præcedere turmas
Deficiat si quo fuerit discrimine notum
Dux an miles eam. ¶ Serpens: sitis: ardor harenæ
Dulcia virtuti. ¶ Gaudet patientia duris:
Lætius est quotiens magno sibi constat honestum
Sic ille pauentes
Incendit virtute animos. & amore laborum.
Ille deo plenus tacita quem mente gerebat G
Effudit dignas aditis e pectore voces
Quid quæri labiene iubes. an liber in armis
Occubuisse velim: potius ꝙ regna videre.
An sit vita nihil: si longa. an differat ætas:
An noceat vis ulla bonis. fortunaqꝫ perdat
Opposita virtute minas: laudandaqꝫ velle
Sit satis. & nunꝙ successu crescat honestum.
Scimus & hoc nobis non altius inseret hamon:
¶ Hæremus cuncti superis: temploqꝫ tacente
Nil facimus non sponte dei. ¶ Nec vocibus ullis H
Numen eget: dixitqꝫ semel nascentibus auctor
Quicquid scire licet: steriles nec legit harenas
Vt caneret paucis: mersitqꝫ hoc puluere verum.
Estqꝫ dei sedes ubi terra. & pontus. & aer. I
Est cælum. & virtus. superos quid quærimus ultra:
Iuppiter est quodcunqꝫ vides. quodcunqꝫ moueris.
Sortilegis egeant dubii: semperqꝫ futuris K
Casibus ancipites: me non oracula certum
Sed mors certa facit. pauido fortiqꝫ cadendum est:
Ipse manu sua pila gerit: præcedit haneli L
Militis ora pedes: monstrat tolerare labores:
Non iubet: & nulla vehitur ceruice supinus

Carpentoqꝫ ſedens: ſomni parciſſimus ipſe eſt.
Vltimus hauſtor aque: cum tandem fonte reperto
Indiga cogatur latices potare iuuentus
Stat dum lixa bibat.
Cogit tantos tolerare labores
Summa ducis virtus qui nuda fuſus harena
Excubuit. atqꝫ omni fortunam prouocat hora
M O ſacer & magnus vatum labor omnia fato
Eripis & populis donas mortalibus euum.

Ex Libro Lucani. x.

N Occurrit ſuprema dies naturaqꝫ ſolum
Hunc potuit finem veſano ponere regi.
O Nulla fides pietaſqꝫ viris qui caſtra ſequuntur:
Venaleſqꝫ manus. ibi fas vbi maxima merces.

Ex Tragediis Senecę. Ex prima: quę
Hercules furens dicitur. flo. ele.

P Turbine magno ſpes ſollicitę Chorus loquitur
Vrbibus errant: trepidiqꝫ metus.
Q Ille ſuperbos aditus regum.
Duraſqꝫ fores expers ſomni
Colit: ac nullo fine beatas
Componit opes: gazis inhians:
Et congeſto pauper in auro:
R Illum populi fauor attonitum:
Fluctuqꝫ magis mobile vulgus
Aura tumidum voluit inani.
S Hic clamoſi rabioſa fori
Iurgia vendens improbus iras:
T Et verba locat. ¶ Nouit paucos
Secura quies: qui velocis
Memores eui: tempora nunqꝫ
Reditura tenent. ¶ Dum fata ſinunt

Viuite læti properat cursu
Vita citato: voluerisq; die:
Rota præcipiti vertitur anni:
Duræ peragunt pensa sorores:
Nec sua retro fila reuoluunt.
Ad genus hominum fertur rapidis
Obuia fatis incerta sui
Stygias vltro quærimus vndas.
Certo veniunt ordine parcæ V
Nulli iusso cessare licet.
Nulli scriptum proferre diem.
Recipit populos vrna citatos.
Alium multis gloria terris X
Tradat: & omnes fama per vrbes
Garrula gaudet: cœloq; parem
Tollat: & astris.
Alius currus sublimis eat.
Me mea tellus lare secreto:
Tutoq; tegat.
Venit ad pigros cana senectus.
Humiliq; loco: sed certa sedet
Sordida paruæ fortuna domus
Alte virtus animosa cadit.
Megera Amphytrion Lycus.
O magne olympi rector: & mundi arbiter Mega. y
Iam statue tandem grauibus erumnis modum
Finemq; cladi: nulla lux vnq̃ mihi
Secura fulsit: finis alterius mali
Gradus est futuri:
Prosperum ac fœlix scelus A
Virtus vocatur. ¶ Sontibus parent boni
¶ Ius est in armis. opprimit leges timor.

B Quod nimis miseri volunt Ampby.
Hoc facile credunt.
C Immo quod metuunt nimis : Mega.
Numquam admoueri posse:nec tolli putant.
D Prona est timori semper in peius fides.
E Iniqua raro maximis virtus Ampby.
Fortuna parcit:nemo se tuto diu
Periculis offerre tam crebris potest:
Quem saepe transit.casus aliquando inuenit.
F Non vetera patriae iura possideo domus Licus:
Ignauis haeres.nobiles non sunt mihi
Aui:nec altis inclytum titulis genus.
G Sed clara virtus. ¶ Qui genus iactat suum
H Aliena laudat. ¶ Rapta:sed trepida manu
Sceptra obtinentur:omnis in ferro est salus
Quod ciuibus tenetur inuitis:scias
Strictus tuetur ensis.alieno in loco
Haud stabile regnum est:
I Inuidia fastum:ac sermo popularis premet:
K Ars prima regni est:posse inuidiam pati.
L Dominare tumidus:spiritus altos gere: Mega.
Sequitur superbos victoria tergo deus.
M Cum victor arma posuit:& victum decet Lycus
Deponere odia:
N Grauent cathenae corpus & longa fames Mega.
Mors protrahatur lenta:non vincet fidem
Vis vlla nostram:moriar alcide tua.
O Ly. Cogere.Megae.Cogi qui potest nescit mori
P Cur ergo regi seruit:& patitur iugum. Lycus
Imperia dura tolle:quid virtus erit. Mega.
Q Obiici feris:monstrisque virtutem putas Lycus
Virtus est domare quae cuncti pauent Mega.

Tenebræ loquentem magna tartareæ premunt Lycus R
Non est ad astra mollis e terris via. Megæ.
Quemcūqꝫ miserum videris hominem scias. Lycus S
Quemcūqꝫ fortem videris: miserum neges Amp. T
Fortem vocemus cuius ex humeris leo Lycus V
Donum puellæ factus: & claua excidit:
Fulsitqꝫ pictum veste sidonia latus.
Fortem vocemus cuius horrentes comæ
Maduere nardo: laude qui notas manus
Ad non virilem tympani mouit sonum
Mitra ferocem barbara frontem premens.
Post multa virtus opera: laxari solet. Amp. X
Qui morte cunctos luere supplicium iubet Lycus y
Nescit tyrannus esse diuersa irroga:
Miserum veta perire. fœlicem iube.

Chorus

Immites potuit flectere cantibus A
Vmbrarum dominos: & prece supplici
Orpheus euridicem dum recipit suam:
Quæ siluas: & aues: saxaqꝫ traxerat:
Ars quæ prebuerat fluminibus moras:
Ad cuius sonitum constiterant feræ:
Mulcet non solitis vocibus inferos:
Et surdis resonat clarius in locis:
Deflent Euridicem threiciæ nurus:
Deflent & lachrymis difficiles deiꝫ
Et qui fronte nimis crimina tetrica
Quærunt: ac veteres excutiunt reos
Flentes Euridicem iuridici sedent.
Tandem mortis ait vincimur arbiter
Euade ad superos: lege tamen data.
Tu post terga tui perge viri comes.

Tu non ante tuam respice coniugem
Quam cum clara deos obtulerit dies
Spartaniq; aderit ianua tænari
¶ Odit verus amor:nec patitur moras
Munus dum properat cernere:perdidit

Amphytrion. Hercules. Theseus

B Votum secundet qui potest nostrum deus: Amphy.
Rebusq; lassis adsit
C Quod fuit durum pati
Meminisse dulce est.
D Spartana tellus:nobile attolit iugum The.
Densis vbi æquor tænarus siluis premit
Hic hora soluit ditis inuisi domus:
Hiatq; rupes alta:& immenso specu
Ingens vorago faucibus vastis patet:
Latumq; pandit omnibus populis iter
Hinc ampla vacuis spacia laxantur locis
In quæ omne mersum pereat humanum genus
Nec ire labor est ipsa deducit via
Vt sæpe puppes æstus inuitas rapit
E Sic pronus aer vrget. ¶ Atq; auidum chaos:
Gradumq; retro flectere:haud nunq̄ sinunt
F Vmbræ tenaces. ¶ Intus immenso sinu
Placido quieta labitur læthe vada
Demitq; curas
G Iners senectus adiuuat baculo gradum
H Rerumq; mœstus finis & mundi vltima
Immotus aer haret:& pigro sedet
Nox atra mundo:cuncta mœrore horrida:
Ipsaq; morte:peior est mortis locus
I Vera ne est fama inferis Amph.
Tam fera reddi iura & oblitos sui

Sceleris nocentes debitas pœnas dare.
Quis iste veri rector: atq; æqui arbiter.
Non vnus alta sede quæsitor sedensThe. K
Iudicia trepidis fera sortitur reis
Auditur illo Gnosius Minos foro
Radamanthus illo: thetidis hoc audit socer
Quod quisq; fecit patitur. auctorem scelus L
Repetit. suoq; premitur exemplo nocens
Vidi cruentos carcere includi duces: M
Et impotentis terga plebeia manu
Scindi tyranni. ❡ Quisquis est placide potens: N
Dominusq; vitæ: seruat innocuas manus:
Et incruentum mitis imperium regit:
Animoq; parcit: longa permensus diu
Fœlicis æui spacia: vel cœlum petit:
Vel læta fœlix nemoris elysii loca
Iudex futurus. Sanguine humano abstine: O
Quicunq; regnas: scelera taxantur modo
Maiore nostra
Certus inclusos tenet P
Locus nocentes: vtq; fert fama impios
Supplicia vinculis sæua perpetuis domant
Rapitur volucri tortus Ixion rota Q
Ceruice saxum grande Sysiphea sedet
In amne medio faucibus siccis senex
Sectatur vndas: abluit mentum latex:
Fidemq; cum iam sæpe decepto dedit
Perit vnda in ore poma destituunt famem
Præbet volucri Tycius æternas dapes
Vrnasq; frustra danaides plenas ferunt
Errant furentes impiæ cadmeides:
Terretq; mensas auida phineas auis

Chorus

R Qualis est nobis animus remota
Luce cum mœstus sibi quisq; sensit
Obrutam tota caput esse terra
Stat Chaos densum: tenebræq; turpes:
Et color noctis malus: & silentis
Ocium mundi: vacuæq; nubes:
Seras nos illo referat senectus
S Nemo ad id sero venit vnde nunq
Cum semel venit potuit reuerti
T Quid iuuat durum properare fatum
Omnis hæc magnis vaga turba terris
Ibit ad manes: facietq; inerti
V Vella cocyto. ¶ Tibi crescit omne:
Et quod occasus videt: & quod ortus
Parce venturis: tibi mors paramur
Sis licet segnis properamus ipsi
Prima quæ vitam dedit hora carpsit

Her. The. Amp. Megæ.

X Victima haud vlla amplior Her.
Potest: magisq; optima mactari ioui:
Quam rex iniquus
A Detur aliquando ocium Amp.
Quiesq; fessis;
B Lugeat æther magnusq; parens Chorus
Aetheris alti: tellusq; ferax
Et vaga ponti mobilis vnda
Tuq; ante omnes: qui per terras
Tractusq; maris fundis radios:
Noctemq; fugas ore decoro
Feruide titan:
C Tuq; o domitor

Somme malorum: requies animi
Pars humanæ melior vitæ.
¶ Volucer matris genus astreæ:
Frater duræ languide mortis
¶ Veris miscens falsa futuri
Certus: & idem pessimus auctor
Pelle insanos D
Fluctus animi: redeat pietas
Virtusq; viro:
Solus te iam præstare potest E
Furor insontem: proxima puris
Sors est manibus nescire nephas
Pectora tantis obsessa malis F
Non sunt ictu ferienda leui

Her. Amp. The.

Sæpe vindicta obfuit: Amp. G
Quisq; ne segnis tanta tolerauit mala. Her. H
Maiora quisquis timuit. Amp.
Quis nomen vnq; sceleris errori dedit. The. I
Sæpe error ingens sceleris obtinuit locum Her.

Ex Tragædia Senecæ .ii. quæ Thyestes dicitur

EXceptus gladio paruulus impio Chorus K
Dum currit patrium natus ad osculum
Immatura focis victima concidit:
Diuisusq; tua est Tantale dextera:
Mensas vt strueres hospitibus deis:
Hos æterna fames persequitur cibos:
Os æterna sitit: nec dapibus feris
Decerni potuit pœna decentior

Atreus. Seruus

Quos cogit metus Ser. L
Laudare eosdem reddit inimicos metus

M At qui fauoris gloriam veri petit
Animo laudari magisq; voce volet
N Laus vera humili sæpe contingit viro
O Rex velit honesta:nemo non eadem volet
P Vbi non est pudor
Nec cura iuris sanctitas :pietas :fides
Instabile regnum est
Q Iam tempus illi fecit erumnas leues :
R Erras malorum sensus accrescit die. Atre.
Leue est miserias ferre:perferre est graue
S Peiora iuuenes facile præcepta audiunt Ser.
T Sæpe in magistrum scelera redierunt sua
V Vt nemo doceat fraudis :O sceleris viam Atre.
Regnum docebit
A Tacita tam rudibus fides Ser.
Non est in annis :detegent forsan dolos
B Multa sed trepidus ,solet
Detegere vultus magna nolentem quoq;
Concilia produnt.

Chorus

C Quis vos exagitat furor
Alternis dare sanguinem:
Et sceptrum scelere aggredi.
Nescitis cupidi arcium
Regnum quo iaceat loco
Regem non faciunt opes :
Non vestis tyriæ color:
Non frontis nota regiæ:
Non auro nitidæ trabes.
Rex est qui posuit metus:
Et diri mala pectoris
Quem non ambitio impotens :

Et nunq̄ stabilis fauor
Vulgi præcipitis mouet:
Qui tuto positus loco
Infra se videt omnia
Occurritq; suo libens
Fato, nec queritur mori:
¶ Mens regnum bona possidet
¶ Rex est qui metuit nihil
Hoc regnum quisq; sibi dat
Stet quicunq; volet potens D
Aulæ culmine lubrico
Me dulcis saturet quies
Obscuro positus loco
Leui perfruar ocio
Nullis nota quiritibus:
Aetas per tacitum fluat:
Sic cum transierint mei
Nullo cum strepitu dies
Plebeius moriar senex
Ille mors grauis incubat: E
Qui notus nimis omnibus
Ignotus moritur sibi

Thyestes: Phystenens filius

Non capit regnum duos Phy. loquitur F
Mihi crede falsis magna nominibus placent G
Dum excelsus steti
Nunq̄ pauere destiti, atq; ipsum mei
Ferrum timere lateris. ¶ O quantum bonum est
Obstare nulli carpere securas dapes
Humi iacentem scelera non intrant casam:
Tutusq; mensa capitur angusta cibus
¶ Venenum in auro bibitur: expertus loquor

Malam bonæ præferre fortunam licet
Tuta sine telo est domus
Rebusq; paruis alta præstatur quies
H Nec abnuendum si dat imperium deus Phy.
Nec appetendum frater vt regnes rogat
I Amat Thyestem frater. ætbereas prius Thy.
Perfundet arctos pontus: & siculi rapax
Consistet æstus vnda & ionio seges
Matura pelago surget: & lucem dabit
Nox atra terris ante cum flammis aquæ:
Cum morte vita: cum mari ventus fidem:
Fœdusq; iungent:
K Serum est cauendi tempus in mediis malis Phy.

Chorus.

L Nulla vis maior pietate vera est.
M Nulla sors longa est: dolor: ac voluptas
Inuicem cædunt: breuior voluptas
Ima permutat breuis hora summis
N Ille qui donat diadema fronti:
Quem genu nossæ tremuere gentes:
Cuius ad nutum posuere bella
Mædus: & phœbi propioris indus:
Et dacæ parthis equitem minanti
Anxius sceptrum tenet: & mouentes
Cunctas diuitias: metuitq; casus,
Mobiles rerum: dubiumq; tempus.
O Vos quibus rector maris: atq; terræ
Ius dedit magnum necis atq; vitæ:
Ponite inflatos: tumidosq; vultus:
Quicquid a vobis minor extimescit
Maior hoc vobis dominus minatur.
Omne sub regno grauiore regnum est

Quem dies vidit veniens ſuperbum
Hunc dies vidit fugiens iacentem
Nemo confidat nimium ſecundis P
Nemo deſperet meliora lapſis
Miſcet bæc illis probibetq; clotho.
Stare fortunam rotat omne fatum
Nemo tam diuos babuit fauentes Q
Craſtinum.vt poſſet ſibi polliceri
Res deus noſtras celeri citatas R
Turbine verſat

Chorus.

In nos ætas vltima venit S
O nos dura ſorte creatos

Thyeſtes.

Pectora longis bebetata malis A
Iam ſollicitas ponite curas
Fugiat mæror:fugiatq; pauor
Fugiat trepidi comes exilii:
Triſtis egeſtas:rebuſq; grauis
Pudor afflictis:magis vnde cadas
Quam quo refert magnum ex alto
Culmine lapſum:ſtabilem in plano
Figere greſſum:magnum ingenti
Strage malorum preſſum fracti
Pondera regni:non inflexa
Ceruice pati:neq; degenerem:
Victumq; malis:rectum impoſitas
Ferre ruinas.ſed iam ſæui
Nubila facti pelle:ac miſeri
Temporis omnes dimitte moras
Redeant vultus ad læta boni
Veterem ex animo mitte Thyeſtem

B Proprium hoc miseros sequitur vitium
Numquam rebus credere lætis:
Redeat fœlix fortuna licet
Tamen afflictos gaudere piget.
C Mittit luctus signa futuri
Mens ante sui præsaga mali.

¶ Ex Trage.3.quæ Thebais dicitur. Oedipus. Antigona eius filia.

D Sed flecte mentem: pectus antiquum aduoca: Anti.
Victasque magno pectore erumnas doma:
Resiste: tantis in malis vinci malum est:
E Vbique mors est: optime hoc cavit deus Oedi.
Eripere vitam nemo non homini potest:
At nemo mortem: mille ad hanc aditus patent.
F Pauca o parens magnanime miseranda precor Anti.
Vt verba natæ mente placata audias:
Non te vt reducam veteris ad specimen domus
Habitumque regni flore pollenti inclyti
Peto at vt iras temporesaut ipsa mora
Fractas remisso pectore: ac placido feras:
Et hoc decebat roboris tanti virum
Non esse sub dolore: nec victum malis
Dare terga: nec est vt putas virtus pater
Timere vitam. sed malis ingentibus
Obstare: nec se vertere: ac retro dare.
G Qui fata proculcauit. ac vitæ bona
Proiecit: atque abscidit: & casus suos
Onerauit: ipsi: ceu video: nullo est opus
Quare ipse mortem cupiat: aut quare petat.
H Vtrumque timidi est velle. ¶ Contempsit mori
I Qui non concupiscit. ¶ Cuius haud vltra mala
Exire possunt: loco in tuto est situs.
Iocasta. Polynices filius.

Quotiens necesse est fallere: aut falli a suis Ioca. K
Patiare potius ipse: q̄ facias scelus.
Pone vesanos precor L
Animi tumores. teq; pietati refer.
In seruitutem cadere de regno graue est. Poly. M
Melius exilium est tibi Ioca N
Quam reditus iste. crimine alieno exulas
Tuo redibis:
Regna cum scelere: omnibus O
Sunt exiliis grauiora. ¶ Nunc belli mala P
Propone dubias marti, incerti vices.
Licet omne tecum regis robur trahas.
Licet arma longe miles ac late explicet.
Fortuna belli semper ancipiti in loco est.
Pœnas equidem soluet graues Q
Regno bit. Ioca. Est hæc pœna Poly
Regnare non vult: esse qui inuisus timet Poly. A
Simul ista mundi conditor posuit deus
Odium: atq; regnum:
Qui vult amari languida regnet manu B
Inuisa numq̄ imperia retinentur diu. Ioca. C

Ex.iiii. Tra. quæ Hippolytus nuncupatur Phædra. Nutrix.

Non me quies nocturna: non altus sopor Phæ. D
Soluere curis: alitur: & crescit malum:
Et ardet intus: qualis ætneus vapor
Exundat antro: palladis tela vacat:
Et inter ipsas pensa labuntur manus.
Quisquis in primo obstitit: Nut. E
Repulitq; amorem: tutus: ac victor fuit:
Qui blandiendo dulce nutriuit malum F
Sero recusat ferre: quod subiit iugum.
Obstare primum est velle: nec labi via. G

Pudor est secundus: nosse peccandi modum.
H Tutum esse facinus credis & vacuum metu Erras
❡ Credamus tamen
Astu doloqz tegere nos tantum nefas.
Quid ille rebus lumen infundens suum
Matris parens: quid ille qui mundum quatit
Vibrans corusca fulmen æthnæi manu
Stat deorum. Credis hoc posse effici
Inter videntes omnia vt lateas.
I Quid pœna presens conscie mentis pauor:
Animusqz culpa plenus: & semet timens
Scelus aliqua tutum: nulla securum tulit.
❡ Compesce amoris impii flammas precor.
K Quæ memoras scio Phæ.
Vera esse nutrix: sed furor cogi sequi
Peiora. vadit animus in preceps sciens:
Remeatqz frustra sana consilia appetens.
Sic cum grauatam nauta aduersa ratem
Propellit vnda: cædit in vanum labor:
Et victa prono puppis aufertur vado
Quod ratio poscit: vincit ac regnat furor:
Potensqz tota mente dominatur deus.
L Deum esse amorem turpi seruitio fauens Nut.
Finxit libido: quoqz liberior foret
Titulum furori numinis falsi addidit.
Natum per omnes scilicet terras vagum
Erycina mittit: ille volans per cælum
Proterua tenera tela mollitur manu
Regnumqz tantum minimus in superis habet.
❡ Vana ista demens animus asciuit sibi.
Venerisqz numen finxit: atqz arcus dei.
M Quisquis secundis rebus exultat nimis:

Fluitq; luxu semper insolita appetens.
Tunc illum magnæ dira fortunæ comes
Subit libido: non placent suetæ dapes:
Non tecta sani moris: aut vilis cibus.
Cur in penates rarius tenues subit
Hæc delicatas eligens pastis domos.
Cur sancta paruis habitat in tectis venus:
Mediumq; sanos vulgus affectus tenet.
Et se cohercet modico. Contra diuites:
Regnoq; fulti plura q̄ fas est petunt.
Quod non potest vult posse qui nimium potest.
Non vnq̄ amplius Phæ. N
Conuexa tetigit supra: qui mersus semel
Adiit silentem nocte perpetua domum.
Precor furorem siste: teq; ipsa adiuua. Nut. O
¶ Pars sanitatis velle sanari fuit.
Chorus
Iste lasciuus puer acre nitens: P
Tela q̄ certo iaculatur arcu.
Labitur totas furor in medullas
Igne furtiuo populante venas.
Non habet latam data plaga frontem:
Sed vorat tectas penitus medullas.
Nulla pax isti puero per orbem
Spargit effusas agilis sagittas.
Natus Alcmena posuit sagittas. Q
Et minax vasti spolium leonis:
Passus aptari digitis smaragdos:
Et dari legem rudibus capillis:
Crura distincto religauit auro:
Luteo plantas cohibente socco:
Et manu clauam modo qua gerebat

Fila deduxit properante fuso.

R Nihil immune est. odiumqȝ perit
Cum iussit amor: veteres cadunt
S Ignibus iræ. ℭ Quid plura canam.
Vincit sæuas cura nouercas.

Phædra. Nutrix. Hippolytus.

T Torretur æstu tacito. & inclusus quoqȝ Nut.
Quamuis tegatur. proditur vultu furor
Erumpit oculis ignis: & lassæ genæ
Lucem recusant: nil idem dubiæ placet
Artusqȝ varie iactat incertus dolor
Nunc vt soluto labitur moriens gradu
Et vix labante sustinet collo caput
Nunc se quieti reddit: & somni immemor
Noctem querelis ducit: attolli iubet
Iterumqȝ poni corpus & solui comas
Rursusqȝ fingi semper impatiens sui
Mutatur habitus: nulla iam cereris subit
Cura: aut salutis: vadit incerto pede
Iam viribus defecta: non idem vigor
Non ora tingens nitida purpureus rubor
Populatur artus: cura: iam gressus tremunt
Tenerqȝ nitidi corporis cecidit decor:
Et qui tenebant signa phœbeæ facis
Oculi nihil gentile & patrium micant
Lacbrymæ cadunt per ora: & assiduo genæ
Rore rigantur. qualiter tauri iugis
Tepido madescunt imbre profuse niues.
V Sepone questus. non leuat miseros dolor.

Nutrix. Hippolytus.

A Haud est facile mandatum scelus Nut.
B Adire. ℭ Verum iusta qui teges timet

Deponat:omne pellat ex animo decus:
Malus est minister regii imperii pudor:
Quem fata cogunt:hic quidem viuat miser: C
At si quis vltro se malis offert volens:
Seq3 ipse torquet:perdere est dignus bona
Qui nescit vti:
Aetate fruere.mobili cursu fugit. D
Optimos vite dies
Effluere prohibe. ¶ Propria describit deus
Officia.& aeuum per suos ducit gradus.
Leticia iuuenem frons decet tristis senem.
Prouidit ille maximus mundi parens E
Cum tam rapaces cerneret fati minas:
Vt damna semper sobole repararet noua:
Quam varia leti genera mortalem trahunt: F
Carpuntq3 turbam:pontus:& ferrum:& doli.
Non alia magis est libera:& vitio carens: Hip. G
Ritusq3 melius vita.que priscos colat:
Quam que relictis menibus siluas amat:
Non illum auare mentis inflammat furor:
Qui se dicauit montium insontem iugis:
Non aura populi:& vulgus infidum bonis:
Non pestilens inuidia:non fragilis fauor
Non ille regno seruit:ac regno inuidet:
Vanos honores sequitur:aut fluxas opes:
Spei metusq3 liber:haud illum niger:
Edaxq3 liuor:dente degeneri petit.
Nec scelera populos:atq3 inter vrbes sita
Nouit:nec omnes conscius strepitus pauet:
¶ Regios luxus procul
Est impetus fugisse:sollicito bibunt
Auro superbi:quam iuuat nuda manu

Captasse fontem: celerius somnus premit
Securo dura membra versantur thoro.

H Hoc equidem reor
Vixisse ritu: prima quos mistos deis
Profudit ætas nullus his auri fuit
Cæcus cupido nullus in campo sacer
Diuisit agros arbiter populis lapis
Nondum secabant credulæ pontum rates:

I Rupere fœdus impius lucri furor:
Et ira præceps: quæq; succensas agit
Libido mentes: venit imperii sitis
Cruenta facinus: preda maiori minor:
Pro iure: vires esse.
¶ Inuenit artes bellicus mauors nouas.
Et mille formas mortis: hinc terras cruor
Infecit omnes fusus: & rubuit mare.
Tum scelera dempto fine per cunctas domos
Iere. nullum caruit exemplo nefas.
A fratre frater dextera nati parens
Cecidit: maritus coniugis ferro iacet:
Perimuntq; fœtus impiæ matres suos.
Taceo nouercas. mitius nil est feris.

K Sed dux malorum fœmina. & scelerum artifex
Obsedit animos: cuius inceste stupris
Fumant tot vrbes: bella tot gentes gerunt:
Et versa ab imo regna tot populos premunt
¶ Sileantur aliæ sola coniunx ægei
Medea reddet fœminas dirum genus.

L Cur omnium sit culpa paucarum scelus. Nut.

M Detestor omnes: horreo: fugio: execror Hipp.
Sit ratio sit natura: sit durus furor.
Odisse placuit: ignibus iunges aquas:

Et amica ratibus ante promittet vada
Incerta syrtis: ante ab extremo sinu
Hesperiæ thetis lucidum attollet diem:
Et ora damnis blanda præbebunt lupi:
Quam victus animum fœminæ mitem geram.
Sæpe obstinatis induit frenos amor: Nut. N
Et odia mutat:
Phædra. Hipp. Nutrix.
Aude animæ. tenta. perage mandatum tuum Phæ. O
Intrepida constent verba. ℭ Qui timide rogat.
Docet negare.
Non me per altas ire iubeas niues P
Pigeat gelatis ingredi pindi iugis.
Non si per ignes ire: & infesta agmina
Cunter paratis ensibus pectus dare.
Regni tenacis dominus: & tacite stygis Q
Nullam relictos fecit ad superos viam.
Ambigua voce verba perplexa iacis. Hipp. R
Effare aperte.
Pectus insanum vapor: Phæ. S
Amorq; torret: intima sæuus vorat
Penitus medullas: atq; per venas meat
Visceribus ignis mersus & venis latens:
Vt agilis altas flamma percurrit trabes.
Deprehensa culpa est. anime quid segnis stupes Nut. T
Referamus ipsi crimen atq; vltro impiam
Venerem arguamus: scelere velandum est scelus.
Tutissimum est inferre cum timeas gradum.
Recipe iam sensus hera V
Quid te ipsam laceras aspectum omnium fugis.
Mens impudicam facere: non casus solet.
Chorus.

x Anceps forma bonum mortalibus
Exigui donum breue temporis
Vt velox celeri pede laberis
Non sic vere nouo prata decentia
Aestatis calide dispoliat vapor
Seuiit solsticio cum medius dies
Sed noctem breuibus precipitat rotis:
Languescunt folio lilia pallido:
Et gratæ capiti deficiunt rosæ.
Vt fulgor teneris: qui radiat genis
Momento rapitur nullaqz non dies
Formosi spolium corporis abstulit
y Res est forma fugax. ¶ Quis sapiens bono
z Confidat fragili. ¶ Dum licet vtere
Tempus: sed tacitum subruit: horaqz
Semper: præterita deterior subit
A Raris forma viris (sæcula prospice)
Impuna fuit.
B Quid sinat inausum fœminæ preceps furor.
Nefanda iuueni crimina insonti parat:
In scelere quærit crine lacerato fidem:
Decus omne turbat capitis humectat genas
Instruitur omnis fraude fœmina dolus.
Thæseus Phedra.
t Alium silere quod voles prius sile Phe.
t Redit ad auctores genus Thæ.
Stirpemqz primam degener sanguis refert
O tetrum genus:
Non vlla vinctum lege melioris soli
Feræ quoqz ipsæ: veneris euitant nefas:
Generisqz leges inscius seruat pudor
F Vbi vultus ille: O ficta maiestas viri

Atq; habitus horrens: priſca: & antiqua appetens:
Morumq; ſenium triſte: & aſpectu graue.
O vita fallax abditos ſenſus geris
Animiſq; pulchram turbidis faciem induis.
Pudor impudentem celat: audacem quies:
Pietas nefandum: vera fallaces probant:
Simulantq; molles dura

Chorus.

O magna parens natura deum: G
Tuq; igniferi rector olympi:
Qui ſparſa cito ſydera mundo:
Curſuſq; vagos rapis aſtrorum:
Celeriq; polos cardine verſas.
Cur tibi tanta eſt cura perennes
Agitare vias ætheris alti
Vt nunc canæ frigora brumæ
Nudent ſyluas
Nunc arbuſtis redeant vmbræ:
Nunc æſtiui colla leonis
Cererem magno feruore coquant:
Vireſq; ſuas temperet annus.
¶ Sed cur idem qui tanta regis
Sub quo vaſti pondera mundi
Librata ſuos ducunt orbes
Hominum nimium ades ſecurus
Non ſollicitus prodeſſe bonis
Nocuiſſe malis.
Res humanas ordine nullo
Fortuna regit: ſpargitq; manu
Munera cæca peiora fouens.
Vincit ſanctos dira libido. I
Fraus ſublimi regnat in aula K

L Tradere turpi faces populus
Gaudet: eosdem colit: atq; odit
M Tristis vultus peruersa tulit
Præmia recti: castos sequitur
Mala paupertas: vitioq; potens
Regnat adulter.

Nuncius Thæseus

N O nimium potens Thæ. loquitur.
Quanto parentes sanguinis vinculo tenes
Natura: quam te colimus inuiti quoq;.
Occidere volui noxium: amissum fleo.

Chorus

O Quanti casus humana rotant
Minor in paruis fortuna furit:
Leuiusq; ferit leuiora deus.
Seruat placidos obscura quies:
Præbetq; somnos casa securos:
Admota ætheris culmina sedibus;
Duros excipiunt notos:
Insani boreæ minas
Imbriferumq; chorum:
Raros patitur fulminis ictus
Humida vallis
Tremuit telo iouis altisoni
Caucasus ingens phrygiumq; nemus
Matris cybeles metuens cælo
Iuppiter alto vicina petit
Non capit vnq̄ magnos motus
Humilis tecti plebeia domus
Circa regna tonat
P Volat ambiguis mobilis alis
Hora. ¶ Nec vlli præstat velox

Fortuna fidem

Ex.v.Sen.Tragœ.quæ Oedipus dicitur.Oedipus.Iocasta.

Quisq̄ ne regno gaudet:o fallax bonum Oedi. Q
Quantum malorum q̄ fronte blanda tegis.
Vt alta ventos semper excipiunt iuga:
Rupemq; saxis vasta dirimentem freta:
Quamuis quieti verberant fluctus maris
Imperia sic excelsa fortunæ subiacent:

Nullus est miseris pudor R

Quid iuuat coniunx mala Ioca. S
Grauare questu:regium hoc ipsum reor
Aduersa capere:quoq; dubius magis
Status:& cadentis imperii moles labat
Hoc stare certo pressius fortem gradu
Haud est virile terga fortunæ dare.

Chorus

Labimur sæuo rapiente fato T
Ducitur semper noua pompa morti.
¶ Longus ad manes properatur ordo
Agminis mœsti.

Animæger animus falsa pro veris videt. V

Oedipus.Creon.

Dubiam salutem qui dat afflictis negat Oedi. X

Oedipus.Tiresias.Manto.

Solent extrema securos facere mala. Oedi. y

Oedipus.Creon.

Iners malorum remedium ignorantia est. Oedi. z

Vbi turpis est medicina sanari pudet Cre. A

Certissima est regnare cupienti via Oedi. B
Laudare modica

Ab inquieto sæpe simulatur quies C

Aditum nocendi perfido præstat dies D

E Res secundæ non habent vnq modum
F Dubia pro certis solent timere reges
G Qui pauit vanos metus veros fatetur Cre.
H Quisquis in culpa fuit Oedi.
Dimissus: omne odit: quod dubium putat
Sic odia fiunt Cre.
I Odia qui nimium timet Oedi.
Regnare nescit: regna custodit metus
K Qui sceptra duro sæuus imperio regit Cre.
Timet timentes metus in auctorem redit
Senes. Chretensis. Oedipus
L Prima languescit senum Sen.
Memoria: longo lassa sublabens situ
Phorbas. Senex. Oedipus
M Effare dubitas. cur genas mutat color. Oedi.
¶ Quid verba quæris. veritas odit moras
N Fatere: ne te cogat ad verum dolor
Probibet fides Sen.
Chorus.
O Fata si liceat mihi
Fingere arbitrio meo
Temperem zephyro leui
Vela. ne pressa graui
Spiritu: antennæ tremant
Lenæ: sed modicum fluens
Aura: nec vrgens latus
Ducat intrepidam ratem
Tuta me media vehat
Vita decurrens via
Gnosium regem timens
Alta dum demens petit
Artibus fidens nouis

Certat & veras aues
Vincere: & falsis nimis
Imperat pennis puer
Nomen eripuit freto
Callidus medium senex
Dedalus librans iter
Nube sub media stetit
Alitem spectans suam
¶ Quicquid excessit modum
Pendet instabili loco

Chorus

Fatis agimur. credite fatis
Non sollicitæ possunt curæ
Mutare rati stagmina fusi
Quicquid patimur mortale genus.
Quicquid facimus venit ex alto:
Seruatqȝ sua decreta colus
Lachesis dura reuoluta manu
Omnia secto tramite vadunt:
Primusqȝ dies dedit extremum:
Non illa deo vertisse licet
Quæ nexa suis currunt causis
It cuiqȝ ratus prece non vlla
Mobilis ordo: multis ipsum
Timuisse nocet: multi ad fatum
Venere suum: dum fata timent.

Ex.vi. Sen. Tragę, quæ Troas dicitur

Q. Vicumqȝ regno fidit: & magna potens Hecu. loquitur Q.
Dominatur aula: nec leues metuit deos:
Animumqȝ rebus credulum lætis dedit
Me videat: & te troia: non vnquam tulit
Documenta fors maiora quam fragili loco

Starent superbi: columen euersum cecidit
Pollentis asiæ: cœlitum egregius labor
R Ille tot regum parens
Caret sepulchro priamus. O flamma indiget
Ardente troia
Chorus mulierum Hecuba
S Nulla dies Cho.
Merore caret: sed noua fletus
Causa ministrat:
T Fœlix priamus Hec.
Dicite cunctæ liber manes
Vadit ad imos: nec feret vnq̄
Victa grauium ceruice iugum.
Fœlix priamus dicimus omnes Cho.
Secum excedens sua regna tulit
Nunc elysii nemoris tutus
Errat in vmbris: interq; pias
Fœlix animas: hectora quærit
Pyrrhus. Agamennon. Calchas
V Iuuenile vitium est regere non posse impetum: Aga.
X Noscere hoc primum decet
Quid facere victor debeat victus pati
y Violenta nemo imperia continuit diu
A Moderata durant. ¶ Quoq; fortuna altius
Euexit ac leuauit humanas opes
Hoc se magis supprimere fœlicem decet:
Variosq; casus tremere: metuentem deos
Nimium fauentes: magna momento obrui
Vincendo didici:
B Qui non vetat peccare: cum possit: iubet
C O tumide rerum dum secundarum status Pyrrh.
Extollit animos

Eſt regis alti ſpiritum regi dare D
Cur dextra regi ſpiritum eripuit tua. Agam E
Mortem miſericors ſæpe pro vita dabit Pyrrh.
Præferre patriam liberis regem decet. Agam F
Quodcunqȝ libuit: facere victori licet Pyrrh. G
Minimum decet libere: cui multum licet Agam.

Chorus.

Quicquid ſol oriens: quicquid & occidens H
Nouit ceruleis oceanus fretis
Quicquid vel veniens: vel fugiens lauat
Aetas pegaſeo corripiet gradu
Hæc omnes petimus fata. Nec amplius I
Iuratos ſuperis: qui tetigit lacus
Vſqꝫ eſt: vt callidis fumus ab ignibus
Vaneſcit: ſpatiumqȝ breue ſordibus
Vt nubes grauidas: quas modo vidimus
Arcthoi boreæ diſſipat impetus
Sic hic quo regimur ſpiritus effluet
Poſt mortem nihil eſt ipſaqȝ mors nihil.
Velocis ſpatii meta nouiſſima
Spem ponant audi. ſolliciti metum
Quæris quo iaceas poſt obitum loco.
Quo non nata iacent
Tempus nos auidum deuorat: & chaos
Mors indiuidua: eſt noxia corpori
Nec parcens animæ. Tenara: & aſpero K
Regnum ſub domino: limen: & obſidens
Cuſtos: non facili cerberus hoſtio
Rumores vacui: verbaqȝ inania:
Et par ſollicito fabula ſomnio.

Andromacha. Senex. Vlixes

Miſerrimum eſt timere: cum ſperes nihil. And. L

M Victor feroces impetus primos habet: Sen.
N Leuius solet timere qui prius timet. And.
O Simulata remoue verba: non facile est tibi. Vlix.
Decipere vlixem.
Magnifica verba mors prope admota excutit
P Coacta dices sponte: quod fari abnuis
Q Si vix vlixe cogere andromachem metu And.
Vitam minare: iam mori votum est mihi.
R Verberibus. igne: morte: cruciatu eloqui Vlix.
Quocunq; celas adiget inuitam dolor
E pectore imo condita arcbana eruet.
Necessitas plus posse: quam pietas solet.
S Veritas nunquam latet.
T Dediscit animus sero: quod didicit diu. And.
V Pedibus admoueor tuis
Miserere matris & preces placidus pias:
Patiensq; recipe: quo que te celsum altius
Superi leuarunt mitius lapsos preme.
Vlixes. Andromache. Astianax.
X Si poena petitur: quae peti grauior potest. An. loquitur.
Famulare collo nobili subeat iugum
Y Arbitrio tuo Vlix.
Implere lacbrymis. fletus erumnas leuat.
Helena. Andro. Hecuba.
Z Quid iussa cessas ager. ad auctores redit Hele.
Sceleris coacti culpa:
A Durum: inuisum: graue est
Seruitia ferre:
B Dulce merenti populus dolentum: Chorus
Dulce lamentis resonare gentes:
Lentius luctus: lachrymaeq; mordent
Turba quas fletu simili frequentat

Ferri equam sortem patiuntur omnes
Nemo recusat.
Nemo se crede miserum: licet sit. C
Tolle fœlices: remoueto multo
Diuites auro: remoueto centum
Rura qui scindat opulenta bobus.
Pauperi surgent animi iacentes.
Est miser nemo nisi comparatus.
Aequior casum tulit: & procellas D
Mille qui ponto pariter carinas
Obrui videt.

¶ Ex.vii. Senecæ Trag. quæ Medea nũcupatur:
Medea. Nutrix.

IRa quæ tegitur nocet Nutrix loquitur. E
Professa perdunt odia vindictæ locum.
Leuis est dolor: qui capere consilium potest Med. F
Et clepere sese. ¶ Magna non latiant mala. G
Fortuna fortes metuit: ignauos premit H
Nunc est probanda: si locum virtus habet Nut. I
Nunquam potest non esse virtuti locus Me.
Spes nulla rebus monstrat afflictis viam. Nut. K
Qui nil potest sperare desperet nihil Med L
Compesce verba: parce iam demens minis: Nut. M
Animosque minue. tempori aptari decet.
Fortuna opes auferre. non animum potest. Me. N
Creon. Medea.
Aequum atque iniquum regis imperium feras: Cre. O
Iniqua nunquam regna perpetuo manent. Med. P
Qui statuit aliquid parte inaudita altera Q
Aequum licet statuerit: haud æquus est.
Difficile quod sit animum ab ira flectere R
Iam concitatum: quamquam regale hoc caput

Sceptris superbas quisquis admouit manus
Qua cœpit ire in regia didici mea.

S Rapida fortuna: ac leuis:
Præcepsq3 regno eripuit: & exilio dedit.
Confide regnis: cum leuis magnas opes

T Huc ferat: & illuc casus. ¶ Hoc reges habent
Magnificum: & ingens: nulla quod rapiet dies
Prodesse miseris. supplices fido lare Protegere.

V Nullum ad nocendum tempus angustum est malis. Cre.

Chorus.

X Audax nimium: qui freta primus
Rate tam fragili perfida rupit:
Terrasq3 suas post terga videns
Animam leuibus credidit auris:
Dubiaq3 secans equora cursu
Potuit tenui fidere ligno.
Inter vitæ: mortisq3 vias
Nimium gracili limite ducto.

Nutrix. Medea.

y Amor timere neminem verus potest Me.
ʒ Nemo potentes aggredi tutus potest. Nut.

Iason. Medea.

A Grauis ira regum est semper. Iason
B Suspecta ne sint longa colloquia amputa.

Chorus.

C Nulla vis flammæ: tumidiq3 venti
Tanta: nec teli metuenda torti
Quanta cum coniunx viduata tædis
Ardet: & odit:

D Cœcus est ignis stimulatus ira:
Nec tegi curat: patitur ve frænos:
Haud timet mortem. cupit ire in ipsos

Obuius enses:

Ex.viii.Senecæ Trag.que Agamēnon dicitur.

Regnorum magnis fallax Chorus. E
Fortuna bonis: in precipiti:
Dubioq; nimis excelsa loco:
Nunq̄ placidam sceptra quietem:
Certum ve sui tenuere diem:
Alia ex aliis cura fatigat:
Vexatq; animos noua tempestas.
Noc sic libycis syrtibus æquor
Furit alternos voluere fluctus.
Vt precipites regum casus
Fortuna rotat. Metui cupiunt:
Metuitq; timent: non nox illis
Alma recessus prebet tutos:
Non curarum somnus domitor
Pectora soluit.
Quas non arces scelus alternum F
Dedit in preceps. Impia quas non
Arma fatigant. ¶ Iura: pudoq;: G
Et coniugii sancta fides
Fugiunt aulas:
Sequitur tristis H
Sanguinolenta bellona manu.
Quæq; supernos vrit erinis
Tumidas semper comitata domos:
Quas in planum qualibet hora
Tulit ex alto: licet arma vacent:
Cessentq; doli: sidunt in ipso
Pondere regna: ceditq; oneri
Fortuna suo.
Vela secundis inflata notis

Ventos nimium timuere suos.
Nubibus ipsis inserta caput
Turris pluuio vapulat austro:
Densaq3 nemus spargens vmbras
Annosa videt robora frangi
Feriunt celsos fulmina colles.
Corpora morbis maiora patent.
I Quicquid in altum
Fortuna tulit ruitura leuat:
Modicis rebus longius æuum est.
K Fœlix media quisquis turba
Partem quietus aura stringit
Littora tuta: timidusq3 mari
Credere cymbam: remo terras
Propiore legit.
Clytæmnestra. Nutrix.
L Periere mores ius: decus. pietas fides. Cly.
Et qui redire nescit cum perit pudor.
M Quid tacita versas. Nut.
Licet ipsa sileas. totus in vultu est dolor.
N Proinde quicquid est: da spacium ac tempus tibi.
Quod ratio nequit: sæpe sanauit mora.
O Quod metuit auget: qui scelere scelus obruit.
P Capienda rebus in malis preceps via est. Cly.
Egystus. Clytæmnestra.
Q Nam sera nunq̄ est ad bonos mores via Cly.
R Quem pœnitet peccasse pene est innocens.]
S Prospera animos efferunt. Egy.
T Nec regna socium ferre: nec tæde sciunt.
V Det ille veniam facile cui venia est opus. Cly.
X Quid honesta prodest vita flagitio carens Egy.
Vbi dominus odit. sit nocens: non quæritur.

Eurybates. Clytemnestra.

Exprome clades scire qui refugit suas Cly. y
Grauat timorem. dubia plus torquent mala.
Omnisq3 nimium longa properanti mora est Eury. ʒ

Chorus. Cassandra.

Qui vultus acherontis atri: Cho. A
Qui stygia tristem non tristis videt:
Audetq3 vitæ ponere finem
Par ille regi: par superis erit.
¶ O ꝗ miserum est nescire mori.
Lachrymas lachrymis misere iuuat. B
¶ Magis exurunt: quos secrete lacerant curæ.
Miseris colandos maxime superos reor. C
Tot illa regum mater: O regimen phrygum Cass. D
Fecunda in ignes hecuba: fatorum nouas
Experta leges: induit vultus feros
Circa ruinas rabida latrauit suas.

Strophylus. Electra.

Fidam secunda poscunt: aduersa exigunt Stro. E
¶ Ex. ix. Senecæ Tragi. quæ Octauia vocatur. Octauia. Nutrix.
IVuenilis ardor impetu primo furit Nut. loquitur F
Languescit idem facile: nec durat diu
In venere turpi: ceu leuis flamme vapor.
¶ Amor perennis coniugis caste manet.

Chorus Romanorum.

Vera priorum virtus quondam G
Romana fuit: verumq3 genus
Martis in illis sanguisq3 viris:
Illi reges hac expulerant
Vrbe superbos: vultusq3 tuos
Sunt bene manes virgo dextra
Cæsa parentis: ne seruitium

Pateretur graue & improba ferret
Præmia vitrix dira libido.
¶ Te quoq; bellum triste sequutum est
Mactata tua miseranda manu
Nata lucreti. stuprum sæui
Passa tyranni. ¶ Dedit infandi
Sceleris pœnas cum tarquinio
Tullia coniunx: quæ per cæsi
Membra parentis egit sæuos
Impia currus: laceroq; seni
Violenta rogos nata negauit.

Seneca.

H Quid me potens fortuna fallaci mihi
Blandita vultu: sorte contentū mea
Alte extulisti: grauius vt ruerē: edita
Receptus arce: totq; pspicerē metus
I Melius latebant procul: ab inuidiæ malis
Remotus: inter corisci rupes maris:
Vbi liber animus: & sui iuris mihi
Semper vacabat studia recolenti mea.
K O quam iuuabat: quo nihil maius parens
Natura genuit: operis immensi artifex
Cœlum intueri: solis & currus sacros:
Mundiq; motus: solis alternas vices:
Orbemq; phœbes: astra quem cingunt vaga:
Lateq; fulgens ætheris magni decus.
¶ Qui sese nescit tantus in cæcum chaos
L Casurus iterum. ¶ Nunc adest mundo dies
Supremus ille: qui premat genus impium
Cœli ruina. ¶ Rursus vt stirpem nouam
Generet renascens melior. vt quondam tulit
Iuuenis: tenente regna saturno poli.

Tunc illa virgo numinis magni dea.
Iusticia cælo missa cum sancta fide
Terra regebat mitis humanum genus.
Non bella norant: non tubæ fremitus truces.
Non arma gentes cingere assuerant: suas
Muris: nec vrbes: peruium cunctis iter
Communis vsus omnium rerum fuit.
Et ipsa tellus læta fœcundos sinus
Pandebat vltro: tam piis fœlix parens.
Et tuta alumnis.
Sed in parentis viscera intrauit suæ M
Deterior ætas. eruit ferrum graue
Aurumqȝ: sæuas mox: & armauit manus
Partita fines: regna constituit. nouas
Extruxit vrbes: tecta defendit suis
Aliena telis. aut petit: prede imminens.
¶ Neglecta terras fugit: & mores feros
Hominum cruenta cæde pollutas manus
Astrea virgo: syderum magnum decus.
Cupido belli creuit atqȝ auri fames.
Totum per orbē maximum exortū est malum
Luxuria pestis blanda: cui vires dedit:
Roburqȝ longum tempus: atqȝ error grauis.
Collecta vitia per tot ætates diu
In nos redundat: sæculo premimur graui
Quo scelera regnant: sæuit impietas furēs
Turpis libido dominatur potens venere
Luxuria victrix orbis: immensa opes
Iam pridem auaris manibus: vt perdat: rapit.

Nero. Seneca.

Iustum esse facile est: cui vacat pectus metu. Ne. N
Magnum timoris remedium clementia est. Se. O

P Extinguere hostem: maxima est virtus ducis. Ne.
Seruare duces maior est patrie patri Se.
Q Precipere mitem conuenit pueris senem Ne.
Regenda magis est feruida adolescentia. Se.
R Fortuna nostra cuncta permittit mihi Ne.
Crede obsequenti parcius: leuis est dea. Se.
A Inertis est nescire quod liceat sibi Ne.
Id facere laus est. quod decet: non quod licet Se.
B Calcat iacentem vulgus Ne.
Inuisum opprimit Se.
C Ferrum tuetur principem Ne.
Melius fides. Se.
D Decet timeri Cesarem. Ne.
At plus diligi Se.
E Metuant necesse est. Ne.
Quicquid exprimitur: graue est Se.
F Iussisq; nostris pareant Ne.
G Iusta impera Se.
H Quicquid excelsum est cadat. Ne.
Pulchrum eminere est inter illustres viros. Se.
Consulere patrie: parcere afflictis fera
Cede abstinere: tempus atq; ire dare:
Orbi quietem. seculo pacem suo
Hec summa virtus. Petitur hac coelum via:
¶ Sic ille patrie primus Augustus parens
Complexus astra est colitur & templis deus.
I Teneris in annis haud satis clara est fides
K Probitas fidesq; coniugis: mores: pudor
Placeant marito. ¶ Sola perpetuo manent
Subiecta nulli: mentis: atq; animi bona
L Florem decoris singuli carpunt dies
M Volucrem esse amorem fingit immitem deum

Mortalis error: armat & telis manus
Arcuſq; ſacros inſtruit ſaua face:
Genitumq; credit venere: vulcano ſatum
Vis magna mentis: blandus atq; animi calor N
Amor eſt. ¶ Iuuenta gignitur luxu.otio
Nutritur inter læta fortunæ bona
¶ Quæ ſi fouere: aut alere deſiſtas cadit:
Breuiq; vires perdit extinctus ſuas.

Agrippina loquitur.

Licet extruat marmoribus: atq; auro tegat O
Superbus aulam: limen armatæ ducis
Seruent cohortes: & licet mittat immenſas opes
Exhauſtus orbis: ſupplices dextram petant
Parthi cruentam: regna diuitias ferant
Veniet dies: tempuſq; quod reddat ſuis
Animam nocentem ſceleribus: iugulum hoſtibus
Deſertus: & diſtrictus: & cunctis agens.

Octauia. Chorus.

Parcite lacbrymis: vrbis feſto Octa. P
Letoq; die:
Non hoc primum
Pectora vulnus mea ſenſerunt
Grauiora tuli

Nutrix Popea.

Tandem quietem magnus excuſſit timor Po. Q
Quanti ora: & artus horridus noſtros tremor:
Pulſatq; pectus continet vocem timor
Quæcunq; mentis agitat infeſtus vigor: Nu. R
Ea per quietem ſacer: & archanus refert:
Veloxq; ſenſus.

Præſes. Nero.

Mulier dedit natura cui pronum malo Ne. S

Starent superbi:columen euersum cecidit
Pollentis asiæ:cœlitum egregius labor
R Ille tot regum parens
Caret sepulchro priamus.O flamma indiget
Ardente troia
Chorus mulierum Hecuba
S Nulla dies Cho.
Merore caret:sed noua fletus
Causa ministrat:
T Fœlix priamus Hec.
Dicite cunctæ liber manes
Vadit ad imos:nec feret vnq̃
Victa grauium ceruice iugum.
Fœlix priamus dicimus omnes Cho.
Secum excedens sua regna tulit
Nunc elysii nemoris tutus
Errat in vmbris:interq; pias
Fœlix animas:hectora quærit
Pyrrhus.Agamennon.Calchas
V Iuuenile vitium est regere non posse impetum: Aga.
X Noscere hoc primum decet
Quid facere victor debeat victus pati
y Violenta nemo imperia continuit diu
A Moderata durant. ℭ Quoq; fortuna altius
Euexit ac leuauit humanas opes
Hoc se magis supprimere fœlicem decet:
Variosq; casus tremere:metuentem deos
Nimium fauentes:magna momento obrui
Vincendo didici:
B Qui non vetat peccare:cum possit:iubet
C O tumide rerum dum secundarum status Pyrrh.
Extollit animos

Eſt regis alti ſpiritum regi dare D
Cur dextra regi ſpiritum eripuit tua. Agam E
Mortem miſericors ſæpe pro vita dabit Pyrrh.
Præferre patriam liberis regem decet. Agam F
Quodcunq; libuit: facere victori licet Pyrrh. G
Minimum decet libere: cui multum licet Agam:

Chorus.

Quicquid ſol oriens: quicquid & occidens H
Nouit ceruleis oceanus fretis
Quicquid vel veniens: vel fugiens leuat
Aetas pegaſeo corripiet gradu
Hæc omnes petimus fata. Nec amplius I
Iuratos ſuperis: qui tetigit lacus
Vſq; eſt: vt callidis fumus ab ignibus
Vaneſcit: ſpatiumq; breue ſordibus
Vt nubes grauidas: quas modo vidimus
Arcthoi boreæ diſſipat impetus
Sic hic quo regimur ſpiritus effluet
Poſt mortem nihil eſt ipſaq; mors nihil.
Velocis ſpatii meta nouiſſima
Spem ponant audi. ſolliciti metum
Quæris quo iaceas poſt obitum loco.
Quo non nata iacent
Tempus nos auidum deuorat: & chaos
Mors indiuidua: eſt noxia corpori
Nec parcens animæ. Tenara: & aſpero K
Regnum ſub domino: limen: & obſidens
Cuſtos: non facili cerberus hoſtio
Rumores vacui: verbaq; inania:
Et par ſollicito fabula ſomnio.

Andromacha. Senex. Vlixes

Miſerrimum eſt timere: cum ſperes nihil. Andi L

M Victor feroces impetus primos habet: Sen.
N Leuius solet timere qui prius timet. And.
O Simulata remoue verba:non facile est tibi. Vlix.
Decipere vlixem.
Mgnifica verba mors prope admota excutit
P Coacta dices sponte:quod fari abnuis
Q Si vix vlixe cogere andromachem metu And.
Vitam minare:iam mori votum est mihi.
R Verberibus.igne:morte:cruciatu eloqui Vlix.
Quocunq; celas adiget inuitam dolor
E pectore imo condita arcbana eruet.
Necessitas plus posse:q pietas solet.
S Veritas nunq latet.
T Dediscit animus sero:quod didicit diu. And.
V Pedibus admoueor tuis
Miserere matris & preces placidus pias:
Patiensq; recipe:quo que te celsum altius
Superi leuarunt mitius lapsos preme.
Vlixes. Andromache. Astianax.
X Si pœna petitur:quæ peti grauior potest. An.loquitur.
Famulare collo nobili subeat iugum
Y Arbitrio tuo Vlix.
Implere lacbrymis.fletus erumnas leuat.
Helena. Andro. Hecuba.
Z Quid iussa cessas ager.ad auctores redit Hele.
Sceleris coacti culpa:
A Durum:inuisum:graue est
Seruitia ferre:
B Dulce merenti populus dolentum: Chorus
Dulce lamentis resonare gentes:
Lentius luctus:lacbrymasq; mordent:
Turba quas fletu simili frequentat

Ferre quam sortem patiuntur omnes
Nemo recusat.

Nemo se crede miserum: licet sit. C
Tolle fœlices: remoueto multo
Diuites auro: remoueto centum
Rura qui scindat opulenta bobus.
Pauperi surgent animi iacentes.
Est miser nemo nisi comparatus.

Aequior casum tulit: O procellas D
Mille qui ponto pariter carinas
Obrui videt.

¶ Ex.vii. Senecæ Trag. quæ Medea nũcupatur:
Medea. Nutrix.

IRa quæ tegitur nocet Nutrix loquitur. E
Professa perdunt odia vindictæ locum.
Leuis est dolor: qui capere consilium potest Med. F
Et clepere se se. ¶ Magna non latiant mala. G
Fortuna fortes metuit: ignauos premit H
Nunc est probanda: si locum virtus habet Nut. I
Nunꝗ potest non esse virtuti locus Me.
Spes nulla rebus monstrat afflictis viam. Nut. K
Qui nil potest sperare desperet nihil Med L
Compesce verba: parce iam demens minis: Nut. M
Animosqꝫ minue. tempori aptari decet.
Fortuna opes auferre. non animum potest. Me. N
Creon. Medea.
Aequum atqꝫ iniquum regis imperium feras: Cre. O
Iniqua nunꝗ regna perpetuo manent. Med. P
Qui statuit aliquid parte inaudita altera Q
Aequum licet statuerit: haud æquus est.
Difficile ꝙ sit animum ab ira flectere R
Iam concitatum: quamꝗ regale hoc caput

Sceptris superbas quisquis admouit manus
Qua cœpit ire in regia didici mea.

S Rapida fortuna: ac leuis:
Præcepsq; regno eripuit: & exilio dedit.
Confide regnis: cum leuis magnas opes

T Huc ferat: & illuc casus. ¶ Hoc reges habent
Magnificum: & ingens: nulla quod rapiet dies
Prodesse miseris. supplices fido lare Protegere.

V Nullum ad nocendum tempus angustum est malis. Cre.

Chorus.

X Audax nimium: qui freta primus
Rate tam fragili perfida rupit:
Terrasq; suas post terga videns
Animam leuibus credidit auris:
Dubiaq; secans equora cursu
Potuit tenui fidere ligno.
Inter vitæ: mortisq; vias
Nimium gracili limite ducto.

Nutrix. Medea.

y Amor timere neminem verus potest Me.
ʒ Nemo potentes aggredi tutus potest. Nut.

Iason. Medea.

A Grauis ira regum est semper. Iason
B Suspecta ne sint longa colloquia amputa.

Chorus.

C Nulla vis flammæ: tumidiq; venti
Tanta: nec teli metuenda torti
Quanta cum coniunx viduata tædis
Ardet: & odit:

D Cœcus est ignis stimulatus ira:
Nec tegi curat: patitur ve frænos:
Haud timet mortem. cupit ire in ipsos

Obuius enses:

Ex.viii. Senece Trag. que Agamenon dicitur.

Regnorum magnis fallax Chorus. E
Fortuna bonis: in precipiti:
Dubioqꝫ nimis excelsa loco:
Nunqꝫ placidam sceptra quietem:
Certum ve sui tenuere diem:
Alia ex aliis cura fatigat:
Vexatqꝫ animos noua tempestas.
Noc sic libycis syrtibus equor
Furit alternos voluere fluctus.
Vt precipites regum casus
Fortuna rotat. Metui cupiunt:
Metuitqꝫ timent: non nox illis
Alma recessus prebet tutos:
Non curarum somnus domitor
Pectora soluit.
Quas non arces scelus alternum F
Dedit in preceps. Impia quas non
Arma fatigant. ¶ Iura: pudoqꝫ: G
Et coniugii sancta fides
Fugiunt aulas:
Sequitur tristis H
Sanguinolenta bellona manu.
Quexqꝫ supernos vrit erinis
Tumidas semper comitata domos:
Quas in planum qualibet hora
Tulit ex alto: licet arma vacent:
Cessentqꝫ doli. sidunt in ipso
Pondere regna: ceditqꝫ oneri
Fortuna suo.
Vela secundis inflata notis

Ventos nimium timuere suos.
Nubibus ipsis inserta caput
Turris pluuio vapulat austro:
Densaq; nemus spargens vmbras
Annosa videt robora frangi
Feriunt celsos fulmina colles.
Corpora morbis maiora patent.

I Quicquid in altum
Fortuna tulit ruitura leuat:
Modicis rebus longius æuum est.

K Fœlix media quisquis turba
Partem quietus aura stringit
Littora tuta: timidusq; mari
Credere cymbam remo terras
Propiore legit.

Clytæmnestra. Nutrix.

L Periere mores ius: decus. pietas fides. Cly.
Et qui redire nescit cum perit pudor.

M Quid tacita versas. Nut.
Licet ipsa sileas. totus in vultu est dolor.

N Proinde quicquid est: da spacium ac tempus tibi.
Quod ratio nequit: sæpe sanauit mora.

O Quod metuit auget: qui scelere scelus obruit.

P Capienda rebus in malis preceps via est. Cly.

Egysthus. Clytæmnestra.

Q Nam sera nunquam est ad bonos mores via Cly.

R Quem pœnitet peccasse pene est innocens.

S Prospera animos efferunt. Egy.

T Nec regna socium ferre: nec tæde sciunt.

V Det ille veniam facile cui venia est opus. Cly.

X Quid honesta prodest vita flagitio carens Egy.
Vbi dominus odit. fit nocens: non quæritur.

Eurybates. Clytemnestra.
Exprome. clades scire qui refugit suas Cly. y
Grauat timorem. dubia plus torquent mala.
Omnisq3 nimium longa properanti mora est Eury. z
Chorus. Cassandra.
Qui vultus acherontis atri: Cho. A
Qui stygia tristem non tristis videt:
Audetq3 vite ponere finem
Par ille regi: par superis erit.
¶ O ꝙ miserum est nescire mori.
Lacbrymas lacbrymis misere iuuat. B
¶ Magis exurunt: quos secrete lacerant cure.
Miseris colandos maxime superos reor. C
Tot illa regunt mater: O regimen phrygum Cass. D
Fecunda in ignes hecuba: fatorum nouas
Experta leges: induit vultus feros
Circa ruinas rabida latrauit suas.
Strophylus. Electra.
Fidam secunda poscunt: aduersa exigunt Stro. E
¶ Ex. ix. Senece Tragique Octauia vocatur. Octauia. Nutrix.
Juuenilis ardor impetu primo furit Nut. loquitur F
Languescit idem facile: nec durat diu
In venere turpi: ceu leuis flamme vapor.
¶ Amor perennis coniugis caste manet.
Chorus Romanorum.
Vera priorum virtus quondam G
Romana fuit: verumq3 genus
Martis in illis sanguisq3 viris:
Illi reges hac expulerant
Vrbe superbos: vultusq3 tuos
Sunt bene manes virgo dextra
Cesa parentis: ne seruitium

Pateretur graue & improba ferret
Præmia vitrix dira libido.
¶ Te quoqꝫ bellum triste sequutum est
Mactata tua miseranda manu
Nata lucreti. stuprum sæui
Passa tyranni. ¶ Dedit infandi
Sceleris pœnas cum tarquinio
Tullia coniunx: quæ per cæsi
Membra parentis egit sæuos
Impia currus: laceroqꝫ seni
Violenta rogos nata negauit.
Seneca.
H Quid me potens fortuna fallici mihi
Blandita vultu: sorte contentũ mea
Alte extulisti: grauius vt ruerẽ: edita
Receptus arce: totqꝫ ꝓspicerẽ metus
I Melius latebant procul: ab inuidiæ malis
Remotus: inter corisci rupes maris:
Vbi liber animus: & sui iuris mihi
Semper vacabat studia recolenti mea.
K O quam iuuabat: quo nihil maius parens
Natura genuit: operis immensi artifex
Cœlum intueri: solis & currus sacros:
Mundiqꝫ motus: solis alternas vices:
Orbemqꝫ phœbes: astra quem cingunt vaga:
Lateqꝫ fulgens ætheris magni decus.
¶ Qui sese nescit tantus in cæcum chaos
L Casurus iterum. ¶ Nunc adest mundo dies
Supremus ille: qui premat genus impium
Cœli ruina. ¶ Rursus vt stirpem nouam
Generet renascens melior. vt quondam tulit
Iuuenis: tenente regna saturno poli.

Tunc illa virgo numinis magni dea.
Iusticia cœlo missa cum sancta fide
Terra regebat mitis humanum genus.
Non bella norant: non tubæ fremitus truces.
Non arma gentes cingere assuerant: suas
Muris: nec vrbes: preuium cunctis iter
Communis vsus omnium rerum fuit.
Et ipsa tellus læta fecundos sinus
Pandebat vltro: tam piis fœlix parens.
Et tuta alumnis.
Sed in parentis viscera intrauit suæ M
Deterior ætas. eruit ferrum graue
Aurumq; sæuax mox: & armauit manus
Partita fines: regna constituit. nouas
Extruxit vrbes: tecta defendit suis
Aliena telis. aut petit: prede imminens.
¶ Neglecta terras fugit: & mores feros
Hominum cruenta cæde pollutas manus
Astrea virgo: syderum magnum decus.
Cupido belli creuit atq; auri fames.
Totum per orbē maximum exortū est malum
Luxuria pestis blanda: cui vires dedit:
Roburq; longum tempus: atq; error grauis.
Collecta vitia per tot ætates diu
In nos redundat: sæculo premimur graui
Quo scelera regnant: sæuit impietas furēs
Turpis libido dominatur potens venere
Luxuria victrix orbis: immensa opes
Iam pridem auaris manibus: vt perdat: rapit.

Nero. Seneca.

Iustum esse facile est: cui vacat pectus metu. Ne. N
Magnum timoris remedium clementia est. Se. O

Mortalis error: armat & telis manus
Arcusq; sacros instruit saua face:
Genitumq; credit venere: vulcano satum
Vis magna mentis: blandus atq; animi calor N
Amor est. ¶ Iuuenta gignitur luxu.otio
Nutritur inter læta fortunæ bona
¶ Quæ si fouere: aut alere desistas cadit:
Breuiq; vires perdit extinctus suas.

Agrippina loquitur.

Licet extruat marmoribus: atq; auro tegat O
Superbus aulam: limen armatæ ducis
Seruent cohortes: & licet mittat immensas opes
Exhaustus orbis: supplices dextram petant
Parthi cruentam: regna diuitias ferant
Veniet dies: tempusq; quod reddat suis
Animam nocentem sceleribus: iugulum hostibus
Desertus: & districtus: & cunctis agens.

Octauia. Chorus.

Parcite lacbrymis: vrbis festo Octa. P
Letoq; die:
Non hoc primum
Pectora vulnus mea senserunt
Grauiora tuli

Nutrix Popea.

Tandem quietem magnus excussit timor Po. Q
Quanti ora: & artus horridus nostros tremor:
Pulsatq; pectus continet vocem timor
Quæcunq; mentis agitat infestus vigor: Nu. R
Ea per quietem sacer: & arcbanus refert:
Veloxq; sensus.

Præses. Nero.

Mulier dedit natura cui pronum malo Ne. S

Animum:ad nocendum pectus instruxit dolis:
Sed vim negauit:vt ne inexpugnabilis
Esse:sed ægras frangeret vires timor: Vel pœna

Chorus.Octauia.

T O funestus multis populi: Chorus
Dirusq; fauor:qui cum flatu
Vela secundo ratis impleuit:
Vexitq; procul:languidus idem
Deserit alto:sæuoq; mari.

V Bene paupertas
Humili tecto contecta latet
Quatiunt alta sæpe procellæ:
Aut euertit fortuna domos.

X Regitur fatis mortale genus:
Nec sibi quisquam spondere potest
Firmum:& stabile:perq; casus
Voluitur varios semper nobis
Metuenda dies

Ex.x.Senecæ,Trag.quæ Hercules œteus dicitur

y Par ille est superis:cui pariter dies: Chorus
z Et fortuna fuit. ¶ Mortis habet vices
Lente cum trahitur vita gemẽtibus

A Nunq̃ est ille miser:cui facile est mori

Chorus

B Patiens quisquis nouit famulum
Regemq; pati:pepulit vires
Vultusq; suos variare potest:
Pondusq; malum:casus animo:
Qui tulit æquo.

Nutrix.Deyanira.

C O quam cruentus fœminas stimulauit dolor: Nu.
Cum patuit vna pellici:& nupte domus

Scylla & caribdis ſicula contorquens freta
Minus eſt timenda.nulla non melior fera eſt.
Illicita amantur.excidit quicquid licet D
Vt alto ſiluas forma vernantes alit: Dey. E
Quas nemore nudo primus inueſtit tepor:
At cum ſolutos extulit boreas notos:
Et ſæua totas bruma decuſſit comas:
Deforme ſolis aſpicis truncis nemus
Sic noſtra longum forma percurrens iter
Deperdit aliquid ſemper:& fulget minus:
Maliſqȝ minus eſt.quicquid in nobis fuit
Olim petitum cecidit:& partu labat:
Materqȝ multum rapuit ex illo mihi
Aetas citato ſenior eripuit gradu.
Cœleſtis ira quos premit miſeros facit F
Humana nullos
Sed te per omne cælitum numen precor G
Per hunc timorem:quicquid archani apparo
Penitus recundas:& fide tacite premas:
¶ Præſtare fateor poſſe me tacitam fidem Nut.
Si ſcelere careat:interim ſcelus eſt fides.

Chorus.

Nam rata fides:vbi iam melior H
Fortuna ruit. I
Tu quicunqȝ es qui ſceptra tenes
Licet omne tua vulgus in aula
Centum pariter limina pulſet
Cum tot populis:ſtipatus eas.
Cum tot populis vix vna fides
Tenet auratum limen herinis:
Et cum magne patuere fores
Intrant fraude:cautiqȝ doli:

Ferrumq; latens: cumq; in populos
Prodire parant: comes inuidia est
Noctem quotiens summouet eous
Regem totiens credite nasci.

K Pauci reges non regna colunt
Plures fulgor conuocat aulæ:
Cupit hic: regi proximus ipsi:
Clarusq; latas ire per vrbes
Vrit miserum gloria pectus.

L Cupit hic gazis implere famem:
Nec tamen omnis plaga gemmiferi
Sufficit histri: nec tota sitim
Lidia vincit: neq; zephiro
Subdita tellus stupet aurato
Flumine clarum radiare tagum:
Nec si totus seruiat hebrus:
Ruraq; diues cingat hydaspes:
Intraq; suos currere fines
Spectent toto flumine gangem
Auidis natura parum est.

M Colit hic reges: calcet vt omnes
Perdatq; alios: nullumq; leuet
Tantum vt noceat cupit esse potens:

N Quota pars moritur tempore fati.
Quos fælices cinthia vidit
Vidit miseros abitura dies
Rarum est fælix: idemq; senex.

O Cespes tyrio mollior ostro
Solet impauidos ducere somnos
Aurea rumpunt tecta quietem:
Vigilesq; trahit purpura noctes.
O si pateant pectora ditum

Quantos intus sublimis agit
Fortuna metus. Brutia coro
Pulsante fretum: mitior vnda est.
Pectora pauper secura gerit
Tenet e patula pocula fago:
Sed non trepida tenet ipsa manu
Carpit faciles: vilesq; cibos:
Sed non strictos respicit enses
Aurea miscet pocula sanguis
Nec sibi fœlix pauper habetur P
Nisi fœlices cecidisse videt
Quisquis medium defugit iter Q
Stabili nunq̄ tramite curret.
Dum petit vnum prebere diem:
Patriosq; puer concitat axes:
Nec per solitum percurrit iter:
Sed phœbeis ignota secat
Sydera flammis errante rota
Secum pariter perdidit orbem.
Medium cœli cum peregerat iter
Tenuit latios dedalus oras:
Nulliq; dedit nomina ponto
Sed dum volucres vincere veras
Icarus audet: patriasq; puer
Despicit alas: phœboq; volat
Proximus ipse: dedit ignoto
Nomina ponto
Licet ipsa neges R
Vultus loquitur quodcunq; negas.
Deyanira Chorus.
Vagos per artus errat excussos tremor Dey. S
Erectus horret crinis, impulsis adhuc

Stat tremor animis & cor attonitum salit
Pauidumq; trepidis palpitat venis iecur.
A Simul profecto premere fœlices deus
Cum cœpit vrget: hos habent magna exitus
Hyllus. Deyanira. Nutrix.
B Haud est nocens: quicunq; non sponte est nocens Nu.
Chorus.
C Verum est quod cecinit sacer
Tangens thraitiam chelim
Orpheus calliope genus
Aeternum fieri nihil
D Tunc solamina cantibus
Querens flebilibus modis
Hoc orpheus cecinit gethicis
Leges in superos datas:
Et qui tempora digerens
Quattuor. præcipitis deus
Anni: disposuit vices
Nulli non auidas polo
Parcas stagmina nectere.
E Iam iam legibus obrutis
Mundo conueniet dies
Australis polus corruet:
Quicquid per lybiam iacet:
Et spartus garamas tenet:
Arthous polus obruet:
Quicquid subiacet axibus:
Et siccus boreas ferit
Auulsum trepidus polo
Titam excutiet diem.
Cœli regia concidet:
Certos atq; obitus trahet:

Atq; omnes pariter deos
Perdet mors aliqua: est chaos:
Et mors fata nouissima
In se constituet sibi

Chorus

Sed locum virtus habet inter astra F
Vere dum flores venient tepenti: G
Et comam syluis hyemes recident
Vel comam syluis reuocabit æstas:
Pomaq; autumno fugiente cadent:
Nulla, te terris rapiet. vetustas.
Tu comes phœbo: comes ibis astris.
Ante nascetur seges in profundo:
Vel fretum dulci resonabit vnda.
Ante discedet glacialis vrsæ
Sydus: & ponto vetito fruetur:
Quam tuas laudes populi quiescant.

Alcmena. Phylotetes.

Quis memor viuet tui Alc. H
O nate populus. omnem nam ingratum est genus.
Non est gemendus: nec groui vrgendus nece Phy. I
Virtute quisquis abstulit fatis iter.
Aeterna virtus herculem fleri vetat.
Fortes vetat merere: degeneres iubet

Hercules. Alcmena.

Quid me tenentem regna syderei poli Her. K
Cœloq; tandem redditum planctum iubes
Sentire fatum. Parce. Nam virtus mihi
In astra: & ipsos fecit ad superos iter
Virtus in astra tendit: in mortem timor
Misera mens incredula est. Alc. L

Chorus.

M Nunq̃ stiglas fertur ad vmbras
Inclyta virtus viuite fortes:
Nec læthaeos sæua per amnes
Vos fata trahent. sed cum summas
Exiget auras consumpta dies
Iter ad superos gloria pandet.

Ex Libris Boetii De philosophia consolatione.
Ex metro.i.flores electi.

N Ecce mihi laceræ dictant scribenda camenæ:
Et veris elegi fletibus ora rigant.
Has saltem nullus potuit peruincere terror
Ne nostrum comites prosequerentur iter.
O Venit enim properata malis inopina senectus:
Et dolor ætatem iussit inesse suam.
Intempestiui funduntur vertice cani:
Et tremit effœto corpore laxa cutis.
P Mos hominum fœlix quæ se nec dulcibus annis
Inserit: & mestis sæpe vocata venit.
Q Heu: heu: q̃ surda miseros auertitur aure:
Et flentes oculos claudere sæua negat.
R Dum leuibus male fida bonis fortuna faueret
Pene caput tristis merserat ora meum.
Nunc quia fallacem mutauit nubila vultum
S Protrahit ingratas impia vita moras.
Quid me fœlicem totiens iactastis amici:
Qui cecidit stabili non erat ille gradu.

Ex Metro.ii.Libri primi.

T Heu q̃ præcipiti mersa profundo
Mens habet: & ꝓpria luce relicta
Tendit in externas ire tenebras.
Terrenis quotiens f tibus acta
Crescit in immensum noxia cura.

Hic quondam cœlo liber aperto
Suetus in æthereos ire meatus
Cernebat rosei lumina solis
Visebat gelidæ sydera lunæ:
Et quæcunq; vagos stella recursus V
Exercet varios flexa per orbes
Cōprēsam numeris victor habebat
Quis dedit vt pleno fertilis anno
Autumnus grauidis influat vuis
Rimari solitus: atq; latentis
Naturæ: varias reddere causas:
Nunc iacet effœto lumine mentis:
Et p̄ssus grauibus colla cathenis:
Decliuemq; gerens pondere vultū
Cogitur heu stolidam cernere terram.

Ex Metro.iiii. Libri primi.

Quisquis composito serenus æuo V
Fatum sub pedibus egit superbum
Fortunamq; tuens vtramq; rectus
Inuictum potuit tenere vultum.
Non illum rabies: minæq; ponti
Versum funditus excitantis æstum:
Nec ruptis quotiens vagus caminis
Torquet fumificos vesæuus ignes.
Haud celsas soliti ferire turres
Ardentis via fulminis mouebit.
At quisquis trepidus pauet: vel optat X
Quod non sit stabilis: suiq; iuris
Abiecit clypeum: locoq; motus
Nectit. qua valeat trahi cathenam.

Ex Metro.v Libri primi.

O Stelliferi conditor orbis: y

Qui perpetuo nixus solio
Rapido cælum turbine versas:
Legemqꝫ pati sydera cogis.
Tu frondifluæ frigore brumæ
Stingis lucem breuiore mora.
Tu cum feruida venerit estas
Agiles noctis diuidis horas.
Tua vis varium temperat annum
Vt quas boree spiritus aufert
Reuehat mitis zephyrus frondes
Quæqꝫ arcturus semina vidit
Sirius altas vrat segetes.
Nihil antiqua lege solutum
Linquit proprie stationis opus.
Omnia certo fine gubernans
Hominum solos respuis actus.
Merito Rector cohibere modo
Nam cur tantas lubrica versat
Fortuna vices. premit insontes
Debita scæleri noxia poena.
¶ At peruersi resident celso
Mores solio. sanctaqꝫ calcant
Iniusta vice colla nocentes.
Latet obscuris condita virtus
Clara tenebris: iustusqꝫ tulit
Crimen iniqui.
Nil periuria: nil nocet ipsis
Fraus mendacii compta colore.
Sed cum libuit viribus vti:
Quos innumeri metuunt populi
Sommos gaudent subdere reges.
O iam miseras respice terras

Quisquis rerum fœdera nectis
Operis tanti pars non vilis
Homines quatimur fortunæ salo
Rapidos rector comprime fluctus:
Et quo cœlum regis immensum
Firma stabiles fœdere terras.

Metrum.vi.Libri primi

Cum phœbi radiis graue A
Cancri sydus inestuat.
Tum qui larga negantibus
Sulcis semina credidit
Elusus cereris fide
Quernas p̄gat ad arbores:
Nunquã purpureum nemus
Lecturus violas petas
Cum sæuis aquilonibus
Stridens campus inhorruit
Nec queras auida manu
Vernos stringere palmites
Vuis si libeat frui
Autumno potius sua
Bacchus munera contulit.
Signat tempora propriis B
Aptans officiis deus.
Nec quas ipse coercuit
Misceri patitur vices.
¶ Sic quod præcipiti via
Certum deserit ordinem
Lætos non habet exitus.

Metrum.vii.Libri primi

Nubibus atris C
Condita nullum Sæpe resistit

Fundere possint
Sydera lumen.
Si mare voluens
Turbidus auster
Misceat estum
Vitrea dudum
Parqz serenis
Vnda diebus
Mox resoluto
Sordida ceno
Visibus obstat:
Quiqz vagatur
Montibus altis
Defluus amnis
Rupe soluti
Obice saxi.
Tu quoqz si vis
Lumine claro.
Cernere verum:
Tramite recto
Carpere callem.
Gaudia pelle:
Pelle timorem:
Spemqz fugato.
Nec dolor assit.
Nubila mens est:
Vinctaqz frenis
Hec vbi regnant.

Ex.ii.Boetii.Lib.Metrum primum.

D HAec cum superbe verterit vices dextra
Et estuantis more fertur euripi
Dudum tremendos saua proterit reges:
Humilēqz victi subleuat fallax vultū
Nō illa miseros audit: haud curat flet[9]:
Vltroqz gemit[9]: dura quos fecit ridet.
Sic illa ludit: sic vires probas suas:
Magnūqz suis mōstrat ostentū si quis
Visatur vna stratus: ac fœlix hora.

Metrum.ii.Libri.ii.

E Si quantas ropidis flatibus incitus
Pontus versat berenas:
Aut quot stelliferis edita noctibus
Cœlo sydera fulgent:
Tantas fundat opes: nec retrahat manum
Plena copia cornu:
Humanum miseras haud id eo genus

Cessat flere querelas.
Quamuis vota libens excipiat deus
Multi prodigus auri:
Et claris auidos ornet honoribus.
Nil iam parta videntur
Sed quæsita vorans sæua rapacitas
Alios pandit hiatus
Quæ iam præcitem frena cupidinem
Certo fine retentem.
Largis cum potius muneribus fluens
Sitis ardescit habendi:
Nunq̄ diues agit: quid trepidus gemens
Sese crescit egentem.

Metrum.iii.Libri.ii.

Cum polo phœbus roseis quadrigis
Lucem spargere cœperit.
Pallet albentes hebetata vultus
Flammis stella prementibus.
Cum nemus flatu zephiri repenti
Vernis irrubuit rosis
Spiret insanum nebulosus auster
Iam spinis abeat decus.
Sæpe tranquillo radiat sereno
Immotis mare fluctibus.
Sæpe feruentes aquilo procellas
Verso concitat equore
Rara si constat sua forma mundo
Si tantas variat vices
Crede fortunis hominum caducis
Bonis crede fugacibus.
Constat æterna positumq; lege
Ut constet genitum nihil.

Metrum.iiii.Libri.ii.

G Quisquis volet perennem
Cautus ponere sedem.
Stabilisqz nec sonori
Sterni flatibus euri:
Et fluctibus minantem
Curat spernere pontum
Montis cacumen alti.
Bibulas vitet berenas.
Illud protervus auster
Totis viribus vrget:
Hæ pendulum solutæ
Pondus ferre recusant:
Fugiens periculosam
Sortem sedis amenæ
Humili domum mento
Certus figere saxo.
Quamuis tonet ruinis
Miscens equora ventus:
Tu conditus quieti
Fœlix robore valli
Duces serenus æuum
Ridens ætheris iras:

Ex Metro.v.Libri.ii.

H Fœlix nimium prior ætas
Contenta fidelibus aruis.
Nec inerti perdita luxu
Facili quæ sera solebat
Ieiunia soluere glande
Somnos dabat herba salubres:
Potum quoqz lubricus amnis:
Vmbras altissima pinus:

Nondum maris alta secabat.
Nec mercibus vndiqȝ lectis
Noua littora viderat hospes:
Odiis neqȝ fusus acerbis
Cruor horrida tinxerat arua.
Quid enim furor hosticus vlla
Vellet prior arma mouere.
Cum vulnera saeua viderent
Nec premia sanguinis vlla.
Vtinam modo nostra redirent I
In mores tempora priscos.
¶ Sed saeuior ignibus ethnae
Feruens amor ardet habendi.

Metrum.vi.Libri.ii.

Nouimus quantas dederit ruinas K
Vrbe flammata patribusqȝ cesis
Fratre qui quondam ferus interempto
Matris effuso maduit cruore
Corpus & visu gelidum pererrans
Ora non tinxit lacbrymis sed esse
Censor extincti potuit decoris.
¶ Hic tamen sceptro populos regebat
Quos videt condens radios sub vndas
Phoebus extremo veniens ab ortu:
Quos premunt septem gelidi triones:
Quos notus sicco violentus estu
Torret ardentes recoquens harenas
Celsa num tandem valuit potestas
Vertere praui rabiem neronis.
Heu grauem sortem quotiens iniquus
Additur saeuo gladius veneno.

Metrum.vii.Libri.ii.

I Q uicunq; solam mente præcipiti petit:
Summumq; credit gloriam
Lata patentis ætheris cernat plagas
Arctumq; terrarum situm
Breuem replere non valentis ambitum
Pudebit aucti nominis
Q uid o superi colla mortali iugo
Frustra leuare gestiunt.
Licet remotos fama per populos means
Diffusas linguas explicet:
Et magna titulis fulgeat claris domus
Mors spernit altam gloriam
Inuoluit humile pariter & celsum caput
Aequatq; summis infima
Vbi nunc fidelis ossa fabricii manent:
Q uid brutus: aut rigidus cato.
Signat superstes fama tenuis: paucullis
Inane nomen litteris
Sed q decora nouimus vocabula
Num scire consumptos datur:
Iacetis ergo prorsus ignorabiles:
Nec fama notos efficit
Q uod si putatis longius vitam trahi
Mortalis aura nominis
Cum sera vobis rapiet hoc etiam dies
Iam vos secunda mors manet.

Met.viii.Li.ii.

H Q uod mundus stabili fide
Concordes variat vices:
Q uod pugnantia semina
Fœdus perpetuum tenent;
Q uod phœbus roseum

Curru prouehit aureo.
Vt quas duxerit hesperus
Phœbe noctibus imperet.
Vt fluctus auidum mare
Certo fine cœrceat.
Ne terris liceat vagis
Latos tendere terminos
Hanc rerum seriem ligat
Terras: ac pelagus regens:
Et cœlo imperitans amor
Hic si frena remiserit
Quicquid nunc amat inuicem
Bellum continuo geret
Et quam nunc socia fide
Pulcbris motibus incitant
Certent soluere machinam
Hic sancto populos quoq;
Iunctos fœdere continet.
Hic & coniugii sacrum
Castis nectit amoribus
Hic fidis etiam sua
Dictat iura sodalibus
O fœlix hominum genus
Si vestros animos amor
Quo cœlum regitur: regat.
Ex.iii.Boetii.Lib.Met.i.
Qui serere ingenuum volet agrum
Liberet prius arua fruticibus
Falce rubos: filicemq; resecet
Vt noua fruge grauis ceres eat
Dulcior est apium mage labor:
Si malus ora prius sapor edat.

Gratius astra nitent: vbi notus
Desinit imbriferos dare sonos
Lucifer. vt tenebras pepulerit
Pulchra dies roseos agit equos
Tu quoqz falsa tuens bona prius:
Incipe colla iugo retrahere
Vera dehinc animum subierint.

Ex Metro. ii. Lib. iii.

T Repetunt proprios quæqz recursus:
Redituqz suo singula gaudent
Nec manet vlli traditus ordo:
Nisi quod fini iunxerit ortum:
Stabilemqz sui fecerit orbem

Metrum. iii. Lib. iii.

V Quamuis fluente diues auri gurgite
Non expleturas cogat auarus opes:
Ornetqz baccis colla rubri littoris:
Ruraqz centeno scindat opima boue
Nec cura mordax deserit superstitem
Defunctumqz leues non comitantur opes

Metrum. v. Li. iii.

X Qui se volet esse potentem
Animos domet ille feroces
Nec victa libidine colla
Fœdis summittat habenis
Etenim licet indica longe;
Tellus tua iura tremiscat
Et seruiat vltima thyle
Tamen atras pellere curas
Miserasqz fugare querelas
Non posse: potentia non est

Metrum. vi. Lib. iii.

Omne hominum genus in terris y
Simili surgit ab ortu.
Vnus enim rerum pater est:
Vnus: qui cuncta ministrat.
Ille dedit phœbo radios
Dedit & cornua lunæ.
Ille homines etiam terris
Dedit: & sydera cælo.
¶ Hic clausit membris animos
Celsa sede petitos:
Mortales igitur cunctos
Edit nobile germen
¶ Quid genus & proauos strepitis?
Si primordia vestra
Auctoremq; deum spectes:
Nullus degener extat.
Ni vitiis peiora fouens
Proprium deserat ortum

Metrum.vii.Lib.iii.

Habet hoc voluptas omnis A
Stimulis agit furentes
Apiumq; par volantum
Vbi grata mella fuderit
Fugit: & nimis tenaci
Ferit icta corda morsu.

Ex Metro.viii.Lib.iii.

Heu: heu quæ miseros tramite deuio B
Abducit ignorantia.
Non aurum in viridi quæritis arbore
Nec vite gemmas carpitis.
Non altis laqueos montibus additis
Vt pisce ditetis dapes.

Nec vobis capreas si libeat sequi
Tyrrhena captatis vada:
Sed quo nã lateat ꝙ cupiunt bonum
Nescire cæci sustinent:
Et quod stelliferum transabiit poli
Tellure demersi petunt.
C Quid dignum stolidis mentibus imprecer
Opes honores ambiant:
Et cum falsa graui mole parauerint
Tum vera cognoscant bona.
Metrum.ix.Li.iii.
D O qui perpetua mundum ratione gubernas
Terrarum: cœliqꝫ sator: qui tempus ab æuo
Ire iubes. stabilisqꝫ manens das cuncta moueri:
Quem non externæ pepulerunt fingere causæ
Materiæ fluitantis opus: verum insita summi
Forma boni: liuore carens. ¶ Tu cuncta superno
Ducis ab exemplo pulchrum pulcherrimus ipse
Mundum mente gerens: similiqꝫ ab imagine formans:
¶ Perfectasqꝫ iubes perfectum absoluere partes
E Tu numeris elementa ligas: vt frigora flammis
Arida conueniant liquidis: ne purior ignis
Euolet: aut mersas deducatur pondera terras:
F Tu triplicis mediam naturæ cuncta mouentem
Connectens animam per consona membra resoluis:
Quæ cum secta duos motum glomerauit in orbes
In semet reditura meat: mentemqꝫ profundam
Circuit: & simili conuertit imagine cœlum
G Tu causis animas paribus: vitasqꝫ minores
Prouehis: & leuibus sublimes curribus aptans
In cœlum: terramqꝫ seris quas lege benigna
Ad te conuersas reduci facis igne reuerti

Da pater augustam menti conscendere sedem H
Da fontem lustrare boni:da luce reperta
In te conspicuos animi defigere visus
Dissice terrenæ nebulas & pondera mollis
Atqз tuo splendore mica.tu nanqз serenum
Tu requies tranquilla piis: ¶ Te cernere finis. I
Principium:vector:dux:semitat:terminus idem

Metrum.x.Lib.iii.

Huc omnes pariter venire capti: K
Quos fallax ligat improbis catbenis
Terenas babitans libido mentes
Hic vobis requies erit laborum
Hic portus placida manens quiete
Hoc vnum miseris patens asyllum.
Non quicquid tagus aureis arenis L
Donat aut bermus rutilante ripa:
Aut indus calido propinquus orbi
Candidis miscens virides lapillos
Illustrant aciem:magisqз cæcos
In suas condunt animos tenebras
Hoc quicquid placet excitatqз mentes M
Infimis tellus aluit cauernis.
Splendor quo regitur vigetqз cælum
Vitat obscuras animæ ruinas
Hanc quisquis poterit notere lucem N
Candidos phœbi radios negabit

Ex Metro.xii.Lib.iii.

Fœlix qui potuit boni O
Fontem viscere lucidum:
Fœlix qui potuit grauis P
Terre soluere vincula
Quondam funera coniugis Q

Vates treicius gemens
Postq̄ flebilibus modis
Siluas currere mobiles
Infernas adiit domos
Stupet tergeminus nouo
Captus carmine ianitor.
Quæ sontes agitant metu
Vltrices scelerum deæ
Iam meste lacbrymis madent:
Non Ixionium caput
Velox præcipitat rota
Et longa siti perditus
Spernit flumina Tantalus
Vultur dum satur est modis
Non traxit ticii iecur
Tandem vincimur arbiter
Vmbrarum miserans ait
Donemus comitem viro
Emptam carmine coniugem.
Sed lex dona coerceat
Ne dum tartara liquerit
Fas sit lumina flectere.
R Quis legem det amantibus
Maior lex amor est sibi
S Heu noctis prope terminos
Orpheus Euridicem suam
Vidit: perdidit: occidit
¶ Hos hæc fabula respicit:
Quicunqȝ in superum diem
Mentem ducere quæritis
Nam qui tartareum in specus
Victus lumina flexerit:

Quicquid præcipuum trahit
Perdit: dum videt inferos
Ex.iiii.Boetii Lib.Metro.i.
Sunt etenim pennæ volucres mihi T
Quæ celsa conscendant poli:
Quas sibi cum velox mens induit
Terras perosa despicit
Hic regum sceptrum dominus tenet: V
Orbisq; habenas temperat
Et volucrem currum stabilis regit
Rerum coruscus arbiter
Huc si te reducem referat via X
Quam nunc requiris immemor
Hic dices memini patria est mihi
Hic ortus hic sistam gradum
Quod si terrarum placeat tibi y
Noctem relictam visere
Quos miseri toruos populi timent
Cernes tyrannas exules
Metrum.ii.Lib.iiii.
Quos vides sedere celso A
Solii culmine reges
Purpura claros nitente
Septos tristibus armis
Ore toruo comminantes
Rabie cordis anhelos.
Detrahat si quis superbis
Vani tegmina cultus
Iam videbit intus atras
Dominos ferre cathenas
Hinc enim libido versat
Auidis corda venenis,

Hinc flagellat ira mentem
Fluctus turbida tollens:
Meror:aut captos fatigat:
Aut spes lubrica torquet.
Ergo cum caput tot vnum
Cernas ferre tyrannos
Non facit quod optat ipse
Dominis pressus iniquis.

Metrum.iii.Lib.iiii.

B Vella naritii ducis
Et vagas pelago rates
Eurus oppulit insula
Pulcbra qua residens dea
Solis edita semine
Miscet hospitibus nouis
Tacta carmine pocula
Quos vt in varios modos
Vertit herbi potens manus
Hunc apri facies tegit:
Ille marmaricus leo
Dente crescit & vngulbus.
Hic lupis nuper additus
Flere dum parat vlulat.
Ille tigris vt indica
Tecta mitis obambulat:
Sed licet variis malis.
Numen archadis alitis
Obsistum miserans ducem
Peste soluerit hospitis.
Iam tum mala remiges
Ore pocula traxerant:
Iam sues cerealia

Grande pabula verterant:
Et nihil manet integrum
Voce corpore perditis
Sola mens stabilis super
Monstra quæ patitur gemit:
Oleuem nimium manum
Nec potentia gramina
Membra quæ valeant licet
Corda vertere non valent:
Intus est hominum vigor
Arce conditus abdita
Hæc venena potentius
Detrahunt hominem sibi
Diraque penitus meant
ec nocentia corpori.
Mentis vulnere seuiunt:
Ex Metro.vi.Lib.iiii.
Si vis celsi iura tonantis
Plura solers cernere mente
Aspice summi culmina cœli
Illic iusto fœdere rerum
Veterem seruant sydera pacem.
Sic æternos reficit cursus
Alternus amor: astrygeris
Bellum discors exulat oris
Hæc concordia temperat æquis
Elementa modis: vt pugnantia
Inuicem cedant humida siccis:
Iungantque fidem frigora flammis:
Pendulus ignis surgat in altum:
Terraque graues pondere sidant,
Hisdem causis vere tepenti

Spirat florifer annus adores:
Aetas cererem feruida siccat:
Remeat pomis grauis autumnus:
Hyemem defluus irrigat imber.
Hæc temperies alit: ac profert
Quicquid vitam spirat in orbe.
Eadem rapiens condit: & aufert
Obitu mergens orta supremo.

D Sedet interea conditor altus
Rerumq; regēs flectit habenas.
Rex: & dominus: fons: & origo.
Lex: & sapiens arbiter æqui:
Et quæ motu concitat ire
Sistit retrahens: ac vaga firmat
Nam nisi rectos reuocans itus
Flexos iterum cogat in orbes.
Quæ nunc stabilis cōtinet ordo
Dissepta suo fonte fatiscant.

E Hic est cunctis communis amor
Repetuntq; boni fine teneri:
Quia non aliter durare queant
Nisi conuerso rursus amore
Refluant causæ quæ dedit esse.

Metrum.vii. Lib.iiii.

F Herculem duri celebrant labores
Ille centauros domuit superbos
Abstulit seuo spolium leoni
Fixit & certis volucres sagittis
Poma cernenti rapuit draconi.
Aureo leuam grauior metallo
Cerberū traxit triplici catbena
Victor immitem posuisse fertur

Pabulum seuis dominum quadrigis:
ydra conbusto periit veneno
Fronte turbatus achelous amnis
Ore demersit pudibunda ripis.
Strauit ant heumlibicis harenis.
Cacus euandri satiauit iras
Quosq3 pressurus foret altus orbis
Setiger spumis humeros notauit:
Vltimus cœlum labor irreflexo
Sustulit collo:preciumq3 rursus
Vltimi cœlum meruit laboris.
Ite nunc fortes vbi celsa magni
Duxit exempli via.cur inertes
Terga nudatis superata tellus
Sydera donat.

Ex.v.Boetii.Libro.Metrum.i.)

RVpis e mini scopulis vbi versa sequētū
Pectoribus figit spicula pugna fugax.
Tygris:& eufrates vno sese fonte resoluūt.
Et mox abiunctis dissotiantur a quis
Si coeant:cursumq3 iterū reuocētur in vnum
Confluat alterni quod trahit vnda vadi
Conueniant pupes:& vulsi flumine trunci:
Mixtaq3 fortuitos implicet vnda modos:
Quos tamē ipsa vagos terræ decliuia casus
Gurgitis & lapsi defluus ordo regit.
Sic quæ permissis fluitare videtur habenis
Sors patitur frenos:ipsaq3 lege meat.

Metrum.ii.Lib.v.

Puro clarum lumine phœbum
Melliflui canit oris homerus:
Qui tamen intima viscera terræ

Non valet: aut pelagi radiorum
Infirma perrumpere luce.
¶ Haud sic magni conditor orbis:
Huic ex alto cuncta tuenti
Nulla terræ molle resistunt
Non nox atris nubibus obstat
Quæ sint: quæ fuerint: veniantq;
Vno mentis cernit in ictu.
Quem quia respicit omnia solus
Verum possis dicere solem.

Metrum.v.Lib.v.

K Quam variis terras animalia permeant figuris:
Namq; alia extento sunt corpore: puluereq; verrunt
Continuumq; trahunt vi pectoris incitata sulcum.
Sunt quibus alarum leuitas vaga: verberetq; ventos
Et liquido longi spacia ætheris enatet volatu.
Hæc pressisse solo vistigia: peecibusq; gaudent
Vel virides campos transmittere: vel subire siluas
Quæ variis videas licet omnia discrepare formis
Pronia tamen facies hebetes valet ingrauare sensus
Vnica gens hominum celsum leuat altius acumen
Atq; leuis recto stat corpore: despicitq; terras
Hæc (nisi terrenus male desipis) admonet figura
Qui recto cœlum vultu petis: exerisq; frontem
In sublime feras animum quoq;: ne grauata pessum
Inferior sidat mens corpore celsus leuato.

Ex plauti Comediis flores electi. Ex plogo Come.di
Quæ Ampbitryo vocitatur Mercurius loquitur.

L Iustam rem: & facilem esse oratū a vobis volo
Nam iuste ab iustis iustus sum orato datus
M Nam iniusta a iustis impetrari non decet
N Iusta autem ab iniustis petere insipientia est.

Virtute ambire oportet non fautoribus. O

Sat habet fautorum semper qui recte facit.]

Ex Come. ipsa Sosia. Mercurius:

Timeo totus torpeo. So. loquitur. P

Non edepol nunc vbi terrarum sim scio vbi rogem

Neqȝ miser me commouere possum prę formidine:

Iuppiter. Alcmena. Mercurius.

Vbi summus imperator non adest ad exercitum Iup: Q

Citius quod non facto est vsus fit ꝙ quod facto est opus.

Alcmena. Amphytrio. Sosia.

Satin parua res est voluptatum in vita: Al. R

Atqȝ in ętate agunda prę qua quod molestum est;

Ita cuiqȝ comparatum est in ętate hominum

Ita diis placitum voluptatem: vt męror comes consequatur.

Virtus premium est optimum S

Virtus omnibus rebus anteit profecto

Libertas: salus: vita: res: parentes: patria: & pronati

Tutantur seruantur virtus omnia in se se habet:

Omnia adsunt bona quem penes virtus:

Al. Cur negas. Am. Quia ita didici dicere. Al.

Haud ęquum facit. T

Qui quod didicit id dedíscit.

Non tu scis bacchę bacchanti si velis aduersarier So. V

Ex insana insaniorem facies: feriet sępius

Si obsequaris vna resoluas plaga

Irritabis carbones

Am. Mulier es audacter iuras. Alc. Quę nō deliquit decet X

Audacem esse confidentem pro se & proterue loqui.

Non ego illam mihi dotem duco esse: quę dos dicitur: A

Sed pudicitiam: & pudorem: & sedatum cupidinem

Deum metum parentum amorē & cognatum concordiam

Tibi morigera: atqȝ vt munifica sim bonis prosim probis:

rr.iii.

Alcmena. Iuppiter.

B Nam in hominum ætate multa veniunt huiuſmodi. Iup.
Capiunt voluptates: capiunt rurſum miſerias
Iræ interueniunt: redeunt rurſum in gratiam
Verum iræ ſi quæ forte eueniunt huiuſmodi
Inter eos rurſum: ſi reuentum in gratiam eſt
Bis tanto amici ſunt inter ſe ꝙ prius

Mercurius loquitur

C Pater vocat me: eum ſequor: eius dicto imperio ſum audiens
Vt filium bonum patri eſſe oportet: itidē ego ſum patri
D Amat ſapit recte facit animo quando obſequitur ſuo
Quod oēs homines facere oportet dū id mō fiat bono.

Ex aſinaria, Plauti. Cō. ii. Libanꝰ ſer. Demenetus ſenex

E Argentū accepi dote: imperium vendidi De.
F Fidem homini ſi quid recte curatum velis
Mandes moriri ſeſe miſerere mauolent:
Quam non perfectum reddat: quod promiſerit

Argirippus adoleſcens

G Ingrata atqꝫ irrita eſſe omnia intelligo:
Quæ dedi: & quod benefici: at poſt hac tibi
Male quod potero facere faciem meritoqꝫ id faciā tuo

Leonida Libanus ſeruus

H Hē iſta virtꝰ eſt: quādo vſu eſt: qui malū fert fortiter Le.
I Fortiter malum qui patitur idem poſt patitur bonum

Leonida Mercator Libanus ſeruus

K Non decet ſuperbum eſſe hominem ſeruum Me.
L Lupus eſt homo homini: non hō quī qualis ſit nō nouit:

Argyrippus adole. Demenetus ſenex

M Decet verecundum eſſe adoleſcentem Se.
N Nolo ego metui amari mauolo

Ex Aulularia Pla. Cō. iii. Eumonia
Megadorus ſenex.

NAm multū loquaces merito oēs habemur Eu.loquitur O
Nec mutam prpfecto repertam vllam esse
Hodie dicunt mulierem vllo in saeculo

Megadorus Euclio

Hæc sunt:atq3 aliæ multæ in magnis dotibus Me. P
Incommoditates:sumptusq3 intolerabiles
Namq3 indotata est:ea est in potestate viri
Doctate mactant:Ꝯ malo:Ꝯ damno viros

Euclio senex.Liconides adolescens Eu:loquitur

Heu me miserum miserum perii male perditus pessimæ: Q
ornatus eo
Tantum geniti:Ꝯ mali mœstitiæ hic dies mihi obtulit famen:
et pauperiem
Perditissimus ego sum omnium in terra
Nam quid mihi opus est vita:qui tantum auri
Perdidi quod custodiui sedulo:egomet me fraudaui:
Animūq3 meū:geniūq3 meū:nūc eo alii lætificantur
eo malo:Ꝯ damno:pati nequeo
Fateor me pecauisse:Ꝯ me culpā cōmerito scio Li. R
Id adeo te oratū aduinio vt animo æquo ignoscas mihi
Factum est illud fieri infectum non potest S
¶ Deos credo voluisse:nam ni vellent nō fieret scio
Qui homo culpā admisit in se:nullus est tā parui pretii T
Quin pudeat:quin purget sese

Captiui duo Com.iiii. Marasitus loquitur

QVasi mures semper edimus alienum cibum V
Vbi res prolatæ sunt:quum rus homines eunt
Simul prælate res sunt nostris dentibus.

Egio senex.Ergasilus.Parasitus.Lorarius

Liber captiuus auis fere consimilis est Eg. X
Semel fugiendi si data est occasio
Satis est.nunq̄ post illum possis ꝑprendere

¶ Omnes profecto liberi libentius
Sumus ꝙ seruimus
y Tu deniqꝫ homines nostra intelligimus bona
Quum quæ in potestate habuimus : ea amisimus
A Sæpe summa ingenia in occulto latent
Lotarius . Philocrates . Tindarus Captiui.
B Dii immortales id voluerũt vos hanc ærũnã exequi Lo.
Decet id pati animo æquo: si id facietis leuior labor erit.
C Indigna digna habenda sunt herus quæ facit
D Nam tu nunc vides pro tuo caro capite Phi.
Carum offerre meum caput vilitati.
Ti. Scio. Phi. ¶ At scire memento quãdo id qđ voles habebis
Nã fere maxima pars morẽ hũc homines habẽt: qđ sibi volunt
Dũ id impetrãt boni sũt: sꝫ id vbi iã penes sese habent.
Ex bonis pessimi: & fraudolentissimi sunt:
E Nunc obsecro te hoc vnum
Quoniã nobis dii immortales animũ ostẽderũt suum
Vt qui herũ me tibi fuisse: atqꝫ esse nũc cõseruũ velint
Qđ ante hac ꝑ iure imꝑitabã meo: nũc te oro: ꝑ ꝓcem
Per fortunã incertã: & ꝑ mei te erga bonitatẽ patris
Perqꝫ cõseruitiũ cõmune: quod hostica euenit manu
Ne me secus honore honestes . ꝙ ego te quũ seruiebas mihi
At qui fueris: & qui nũc sis meminisse vt memineris
Egio senex Philocrates Tindarus
F Qui cauet ne decipiatur: vix cauet: quũ etiã cauet Egi.
Etiã quũ cauisse ratus ẽ: sæpe is cautor captus est
G Fortuna humana fingit: artatqꝫ vt libet Ti.
Me qui liber fueram seruum fecit: e summo infimum:
Qui imperare insueuerã: nũc alterius imperio obsequor
H Est profecto deus: qui quæ nos gerimus auditqꝫ: & videt
I Bene merenti bene profuerit male merenti par erit
K Nõ ego omnino lucrũ oẽ esse vtile homini existimo Egi.

Odi ego aurum: multa multis ſæpe ſuaſit perperam: L
Nunc hoc animaduertite: vt ea quæ ſentio pariter ſciatis M
Quod bonis benefit beneficium: gratia ea grauida ē bonis. Ti. N

Egio Philocrates Tindarus

Vt adhuc locorum feci faciam ſæculo Phi. O
Vt potiſſimum quod in rem recte conducat tuam
Id petam: id perſequarq; corde: & animo: atq; viribus
Si ego item memorem quæ me erga multa feciſti bene
Nox diem adimat
Nunc adeſt occaſio Egy. Q
Benefacta cumulare: vt erga hunc rem geras fideliter
Fac fidelis ſis fideli: caue fidem fluxam geras Ti. R

Paraſitus

Miſer homo ē qui ipſe ſibi quod edat querit: & id ægre inuenit S
Sed ille eſt miſerior qui & ægre querit & nihil inuenit
Ille miſerrimus eſt qui quum eſſe cupit: quod edat non habet:

Egio

Quid eſt ſuauius: q̄ bene rem gerere bono publico. T

Tindarus

Nunc ſpes opes auxiliaq; a me ſegregant ſpernuntq; me V
Hic ille eſt dies quom nulla vitæ meæ ſalus ſperabilis ē mecū
Neq; exilium exitio ē: neq; a deo ſpes quæ mihi hunc appellat
Nec mendatiis: ſubdolis mihi vſq; mantellum eſt meis
Nec ſycophantiis: nec fucis vllum mantellum obuium eſt:
Neq; precatio perfidiis meis: nec malefactis fuga eſt:
Nec confidentiæ vſq; hoſpitium eſt: nec diuerticulum dolis
Operta quæ fuere aperta ſunt: patent præſtigia
Omnis res palam eſt: neq; de hac re negocium eſt
Quin male occidam. oppetamq; peſtem

Egio Tindarus Ariſtophontes

Quia tute ipſe eges in patria: nec tibi quid viuas domi eſt Ti. X
Omnes inuenere ſimiles tibi vis non mirum facis

Eſt miſerorum: vt male volentes ſint: atq; inuideant bonis

Egio. Lorarius. Tindarus. Ariſtophontes.

y Decet innocentem ſeruum: atq; innoxium Ti.
Confidentem eſſe ſuum apud herum potiſſimum.

z Dum ne ob malefacta peream parui æſtimo
Si ego hic peribo
At erit mihi hoc factum mortuo memorabile
Qui per virtutem peritant: non interit

A Et ſi peruiam vſq; ad ſumma ætatem: tamen
Breue ſpacium eſt:

B Nunc certum eſt nulli poſt hæc quicq̃ credere. Egio.
Satis ſum ſemel deceptus:

Philocrates. Egio. Stalaginus.

C Mors eſt obliuiſci hominibus Sta.
Neq; nouiſſe cuius nihil ſit faciunda gratia:

D Quod malefici crucior. modo ſi infectũ fieri poſſet. Egi.

Curgulio Plauti. Com. v. Palinurus ſer. Phedromus adol.

E Q Viſnam hic fluuius eſt: quem non recipiat mare. Pa.

Lena. Anus Phadromus. Palinurus

F Suſſilite obſecro: & mittite iſtant foras Phæ.
Quæ mihi miſero amanti ebibit ſanguinem

Anus: Planeſium virgo. Phedromus. Palinus

G Male mereri de imerente inſcitia eſt. Pa.
H Nulli eſt hominis perpetuum bonum Ph.
Iam huius voluptati hoc adinuentum eſt odium

Gurgulio. Lyco. Cappadox.

I Genus eſt lenonũ inter homines meo quidẽ animo: Cur.
Vt muſcæ: culices: pedeſq; publiceſq;:
Odio: & malo: & moleſtiæ: bono vſui eſtis nulli:

K Indignis ſi male dicitur: maledictum id eſſe dico. Ly.
Verum ſi dignis dicitur: benedictum ſi meo quidem animo.

Caſſina Plauti. Com. vi. Stalino ſen. Cleoſtrata mu.

Nam vbi amor cõdimẽtũ inerit cuiuis placiturũ credo. Sta.L
Neq3 salsũ:neq3 suaue eẽ ꝑt quicq̃:vbi amor nõ amiscetur.
Fel qđ amarũ est:id mel faciet hominẽ ex tristi lepidũ & lenem.

Cistellaria Pla.Co.vii.Gymnasiũ.Silenium.Lena.

Amor:& melle:& felle ẽ fecũdissim⁹:gustu dat dulce. Gy.M
Amarum ad sacietatem vsq3 aggerit:

Epidicus Plauti.Com.viii.Epid.Tesprio.Serui duo.

Qui varie valent Epi. N
Caprigenum hominũ nõ placet mihi:neq3 pẽterinũ genus

Plus scire satius est q̃ loqui O
Seruum hominum ea sapientia est.

Stratiphocles.Cheribolus adol.Epidicus Stra.loquitur

Nil agit qui diffidentem verbis consolatur suis P

¶Is es amicus qui in re dubia te iuuat
Vbi re est opus:

Hercle miserum est ingratum esse hominem Epi. Q

Epidicus Seruus Apocides Periphanes Peri.loquitur

Quẽ hominem inuenimus ad eã rẽ vtilẽ:Epi.Hic erit optim⁹ R
Hic poterit cauere recte iura qui & leges tenet

Periphanes Apocides Senes duo

Docte & sapienter Apo. S
Dicis non nimis põt pudicitiã quisq̃ suæ seruare filiæ

Miles Senex Periphanes Fidicina Peri.loquitur

Nam strenuiori deterior si prædicat suas pugnas de illius ore fiunt sordidæ T

Bacchides dimidiate Cõ.ix.Bacchides Pistocl. Ba.loquitur

Miserius nihil est q̃ mulier Pi. V
Viscus merus vestra est blanditia X
Illecebrosius fieri nihil potest:mox:mulier & vinum y
Homini adolescentulo

Lydus seruus Pistoclerus adolescens

Mali sunt homines:qui bonis dicunt male Pl. &

Lydus seruus Philo. senex. Mnesilochus adole.

A Eia lyde leniter qui seruiunt sapiunt magis Phi.
Minus mirandum est illaec aetas: si quid illorum facit
Quā si nō faciat: feci ego istaec itidē in adolescentia.
B Hei mihi: hei mihi istaec illum perdidit assentatio Ly.
Nā absq; te esset: ego illū haberē rectum ad ingenium bonum
Nunc propter te: tuāq; prauus factus est fiduciam
C Paulisper lyde est libido Phi.
Homini suo animo obsequi. ¶ Iam aderit tēpus cū sese etiā
Ipse oderit:
D Nā ego illum perisse duco: cui quidā periit pudor Ly.
E Cura & castiga hominē probe Phi.
Qui dedecorat te. me. amicos: atq; alios: flagitiis suis
Mnesilochus Pistoclerus
F Multi more isto atq; exemplo Pl.
Viuunt quos cum censeas tibi amicos: reperiuntur falsis testimoniis.
Lingua factiosi. inertes opera sublesta fide. ¶ Nullus est qui non inuideat
Rem secundam obtingere. ¶ Sibi ne inuideatur ipsi ignaui recte cauent
G Edepol nae tu illorū mores pq; meditate tenes: sz ēt vnū
Ex ingenio malo malū inueniūt suo (hoc Mne.
Nulli amici sunt inimicos ipsi in se omnes habent
Atq; se quum frustrantur frustrari alios stolidi
Existimant
Chrysalus seruus Mnesilochus Pistoclerus adol.
H Nul9 frugi eē p t hō nisi qui & bene & male facere tenet Ch.
Frugi cōuenit esse hominē pectus cui sapit
Bonus sit bonis malus sit malis. vt cuiq; res sit ita animū habeat
I Quid mihi refert Chrysalo esse nomē nisi factis probo
K Celerem oportet esse amatoris manum

Mustelaria Plauti Com.x. Philocomasium mulier
Scapha Ancilla Philolaches adole.

Volo ego te assentari mihi Phi. L
Ego verum amo verum volo dici mihi. mendacem odi.
Stulta est plane Sca. M
Qua illum tibi aeternum putas fore amicum & beneuolētem
Moneo ego te: te ille deseret: aetate & sacietate. Phi
Non spero.
Insperata accidunt magis saepe: quā quae speres Sca.
Postremo si dictis nequis perduci. vt vera haec credas N
Mea dicta ex factis nosce rem: vides quae sim & quae fui ante:
Nihilo ego minus ꝙ nunc tu amata sum: atq; vni mō gessi morem
Qui pol me vbi aetate hoc apud colorē cōmutauit reliquit
Deseruitq; me: tibi idem futuro credo:
Nunc ego illi possum gratiā referre vt merit⁹ ē De me. Phi. O
Ego si bonam famā mihi seruasso sat ero diues P
Vna opera Ebur atramento candefacere postulas Sca. Q
Mulier recte olet: vbi nihil olet R
Postea nequicꝙ exornata est bene: si morata est male S
Pulchrum ornatum: turpes mores peius ceno collinunt
Bene igitur rō accepti: atq; expēsi inter nos conuenit Ph. T
Tu me amas: ego te amo: merito id fieri vterq; estimat:
Haec qui gaudent: gaudeant ꝑpetuo suo semper bono
Danista. Tranio. Teuropides senex
Nihil est miserius ꝙ animus hominis conscius Tr. V
Simo senex Tranio seruus
Loquar Si decet morē geras: vita quā simul breuis sit cogita qui(dem Si. X
Danista Tranio Teuropides Simo.
Misericordias tandem habere hominem oportet Da. y
Callidamātes adol. Teuro senex. Tranio seruus
Sapere ista aetate oportet quis capite candido Tra. z
Menechinus Plauti Com.ii. Ex ꝓlogo eiusdem

A SAlutem primum a principio propiciam
Mihi:atq; vobis spectatores nuncio
Apporto vobis plautum lingua non manu
Quaeso vt benignis accipiatis auribus
Nunc argumentum accipite:atq; animum aduortite:
Quam potero in verba conferam paucissima
Peniculus Parasitus
B Homines captiuos qui cathenis vinciunt: Peni.
Et qui fugitiuis seruis:induunt compedes
Nimis stulte faciunt mea quidem sententia
Nam homini misero si ad malum accedit malum
Maior libido est fugere:& facere nequiter
Nam se ex cathenis eximunt aliquo modo
Tum compediti ianuam lima praetereunt
Aut lapide excutiunt clauum
Menaechimus adol.Mulier vxor.penic.para. Me.
C Clientes sibi omnes volunt esse multos boni ne an mali sint id haud
Quaeritant res magis queritur quam clientum fides cuius modi cluat
Si est pauper:atq; haud malus nequam habetur sin diues malus est is
Cliens frugi habetur:qui neq; leges :neq; aequum bonum vsq; colunt.
Erotium Menaechimus
D Ibo & consulam hanc rem amicos:quid faciendum censeant Me.
Senex Mulier Menechimus
E Conscitus sum senectute onustum gero Sce.
Corpus vires reliquere vt aetas mala est mors mala est ergo
Nam res plurimas pessimas (cum aduenit) affert:quas si
Autumen omnes nimis longus sermo est
Menaechimus Messenio Sosides

Nam ego hominem homini similiora nunq͂ vidi alteri: Me. F
Nec aqua aquæ: nec lacte lacti: crede mihi vsq͂ similius
Quam hic tui est: tuqꝫ huius:

Miles Plauti Sarsinatæ Com.xii.

Sceledrus Palestrio Serui duo

Quid petus muliere: atqꝫ audacius: Sce. G

Sceledrus Periplectomenus senex

Nam homini seruo suos domitos habere Perl. H
Oportet oculos & manus orationemqꝫ

Palestrio Pleusides Periplectomenus

Facile est imperium in bonis Pale. I
At hoc me facinus miserum macerat: Ple K
Meumqꝫ cor: corpusqꝫ cruciat
At quidem illuc ætatis qui sit non inuenies alterum Pale. L
Lepidiorem ad oēs res: nec qui amicus amico sit magis
In bono hospite: atqꝫ amico questus ē: quod sumitur: Ple. M
¶ Et quod in diuinis rebus sumas sumptus: sapienti lucro est

Periplectomenus Milphidippa Acrotelantium Palestrio

At nemo solus satis sapit Peri. N
Si quid faciendum est mulieri male atqꝫ malitiose: Acro. O
Ea sibi immortalis memoria est: meminisse & sempiterna
Si bene: aut quid fideliter faciundum sit eadem veniunt
Obliuiose exemplo vt fiant: meminisse nequeunt

Pyrgopolynices. Palestrio

At modico disce Pa. P
Moderare animo ne sis cupidus

Mercator Plauti. Com.xiii

PEr me pcontatus sum sumqꝫ iudex illico Charinus Q
Nam amorem hæc cuncta vitia sectari solent
Cura: ægritudo: nimiaqꝫ elegantia
Hoc non modo illum qui amat: sed quemqꝫ attigit
Magno atqꝫ solido mulctat infortunio

Nec pol profecto quisq₃ sine grandi malo:
Præterq₃ res patitur studet elegantia:
Sed amori accedunt etiam hæc præter quæ dicimus
Insomnia ærumna error: & terror & fuga:
Ineptia stultitiaq₃ adeo & temeritas
Incogitantia: excors immodestia
Petulantia cupiditas & maliuolentia:
Inhæret etiam auidas desidia iniuria
Inopia contumelia & dispendium

Acanthio. Charius.

R Cor Miserum meum quidem guttati contabescit: quasi in aquam indederis salem.

S Mihi scelus videtur me petenti proloqui mendacium

Demipho senex.

T Ego illic aspicio forma eximia mulierem
Quam ego postq₃ aspexi: non ita amo: vt sani solent
Homines sed eodem pacto vt insani solent.

Demipho. Lysimacus. Lorarii.

V Ly. Quid est. De. Dicam: si videam tibi esse operam: aut ocium. Ly. Quamq₃
Negocium est. si quid vis. Demipho nõ sum occupatus vnq₃ amico operam dare.

X Humanum autem ignoscere est. Da.

Charinus Eutychus.

y Sum ne ego miser qui nusq₃ bene queo quiescere. Cha.
Si domi sum: foris est animus: sin foris sum animus domi est.
Ita mihi in pectore atq₃ in corde facit amor incendiũ.

Coquus. Lysimachus. Dorippa. Syra.

ʒ Nunc ego verum Ly.
Illud verbũ esse experior vet⁹: aliquid mali esse pp̃ter vicinum Malum

Syra.

Nam vxor contenta est: quæ bona est: vno vir A

Eutychus Charinus.

Neq; mihi vlla obsistat ãnis: neq; mõs neq; adeo mater Cha. B
Nec calorem: nec frigus metuo neq; ventum neq; grandinem
Imbrem perpetiar laborem sufferam solem sitim
Non concedam neq; conquiescam vsq; noctu: neq; diuus
Prius profecto q̃ aut amicam aut mortem inuestigauero.

Demipho Eutychus.

Lysimachus Charinus.

Qui bono sunt genere nati ingenio malo Eu. C
Suapte culpa de genere capiunt genus ingenium improbant:
Vacuum esse istac te ætate his decebat noxiis D
Itidem vt tempus anni ætatem aliam aliud factum conuenit

Pseudolus plauti Com.xiiii.

Callidorus pseudolus Ballio Leno.

Nugæ istæ hæc sunt nõ iucũdũ est nisi amãs facit Cal. E
Mortua verba nũc facis stultus est rẽ actã agis Bal. F
Si lucri quid detur: potius rem diuinam deseram G
Deos maxime æquum est metuere Pse. H
Egon patri surripere possim quicq̃ cauto seni: Cal. I
Atq; adeo si facere possem pietas prohibet
Pauci ex multis sunt amici homini qui certi sient Pse. K

Simo Caliphо Senes .xi. pseudolus seruus.

Probum patrem esse oportet Cal. L
Qui gnatum suum esse probiorem: quã ipsus fuerit postulet.

Pseudolus seruus.

Centum doctum hominum consilia hæc seuincit dea M
Fortuna atq; hoc verum est proinde vt quisq; fortuna vtitur
Ita precellet atq; exinde sapere eum omnes dicimus
Bene vbi quid discimus consilium accedisse hominem cautum
Eum esse declaramus stultum autem illum cui vertit male:

N Stulti ault sum9 frustraqz scimus :cu quod cupiēter dari
Petimus nobis quasi quid in rem sit possumus noscere
Certa amittamus dum incerta petim9 :atqz bicvenit
In labore:atqz dolone:vt mors obrepat interim

Ballio Pseudolus Sycophanta.

O Hæc quē in angiporto hoc hominē tu nouisti te rogo Sy.
Bal. Ego memet me. Sy. Pauci istuc faciunt homines: quod tu predicas
Nā in foro vix decumus quisqz est qui ipsi9 sese nouerit.

Penulus Plauti Cō.xv. Adelphasiū Anterastilis meretrices duæ Milphio seruus Adel: loquitur

P NEgotii sibi qui volet vim comparare: nauem & mulierem hæc duo
Cōparato nā nullæ magis res duæ plus negotii habēt
Forte si occœperis exornare neqz vnq̄ hæ duæ res satis ornantur
Neqz eius vlla ornādi satis satietas est atqz hæc vti loquor
Nunc modo docta dico: nam nos vsqz ab aurora ad hoc quod diei est
Postq̄ aurora illuxit nunq̄ cōcessauimus ex industria ambe
Lauari: aut fricari: aut tergeri: aut ornari poliri: expoliri. pingi: figi
Et vna binæ singulis quæ datæ nobis ancillæ: eam nos lauando
Fluendo operam dederant ea gerundaqz aqua sunt viri duo defessi
Apage sis negotii q̄tū in muliere vna est: si vero duæ sat scio
Maximo vni populos: cui iubet plus satis dare potis: sunt que noctes

Diesqz in omni ætate semper: ornantur: lauantur: terguntur: poliuntur

Postremo modus muliebris nullus est.

¶ Modus omnibus in rebus soror

Optimum est habitu. ¶ Nimia omnia nimiũ exhibent negotiũ

Hominibus ex se

Bono ingenio me esse ornatã quã auro multo mauolo. An. Q

Aurum in fortuna inuenitur. natura ingenium bonum.

Bonam ego q̄ beatam me esse nimio dici mauolo

Meretricem pudorem gerere magis decet: quam purpuram.

Magis quidem meretricem pudorem q̄ aurũ gerere condecet

¶ Pulchrum ornatum turpes mores peius cœno collinunt.

Lepidi mores turpem ornatum facile factis comprobant

Agorastocles adole. Aduocati.

Ita me dii amẽt tardo amico nihil est quicq̄ inæquius. Ag. R

Præsertim homini amanti: quicquid agit properat omnia.

Lycus leno. Aduocati. Collabiscus. villicus.

Malo benefacere tantundem Ad. S

Est periculum: quantum bono malefacere.

Agorastocles adol. Collabiscus. villicus. Aduocati.

Verum ita sunt isti nostri diuites. Ad. T

Si quid benefacias leuior pluma est gratia: si quid peccatum

Plumbeas iras gerunt:

Sincerastus. Milphio serui duo.

Sine pẽnis volare haud facile ẽ. meæ alæ pẽnas nõ habẽt Sy. V

Ex persa Plauti. Come. xvi. Sagaristio.

Toxilus serui duo.

Qui hero suo seruire vult bene seruꝰ seruitutẽ. Tox. X

Næ ædepol illũ multa in pectore suo collocare oportet

Quæ hero placere censeat præsenti: atqz absenti suo

Sophoclidischa lena. Lennescelene ancilla.

Miser est qui amat. Len. y

¶ Certo is quidem nihil estqui nihil amat So:

Toxilus seruus. Paegnium puer. Sophoclidisceba

3 Enim nihil amas: cum ingratum amas. Pe.

Parisitus. Persa virgo

A Tua istac potestas est pater verũtamen Vir:

Quãq̃ res nostrae sũt pater paupculae modicae & molestẽ

Melius est tamẽ ita viuere. ¶ Nam vbi ad paupertatem occessit infamia

Grauior paupertas fit: fides sublaestior

B Pater hominum

Immortalis ẽ infamia etiã tũ viuit: cũ esse credas mortuã

C Virgo atq; mulier nulla Pa.

Erit quin sit mala: quae preter sapiet q̃ placet parẽtibus

D Virgo: atq; mulier nulla erit: quin sit mala: que reticet si quid. Vir. Pa.

Fieri peruerse videt

E Tace stulta: nõ tu nũc hominũ mores vides: quoiusmõi hic cũ

Mala fama facile nubitur: dum dos sit: nullum vitium vitio vortitur.

F Si quã rem accures sobrie. aut frugaliter Toxilus

Solet illa recte sub manus succedere:

Atq; edepol firme vt quisq̃ rem accurat suam

Sic ei procedit. post principio deniq; si malus

Aut nequãst: male res vertunt quas agit

Sin autem frugist eueniunt frugaliter.

Hanc ego rem exorsus sum facete: & callide

Igitur prouentura bene confido mihi.

Sagaristio. Toxil[9] serui duo.

Persa vgo. Dordal[9] leno.

G Quid id: qd' vidisti: vt munitũ muro tibi visũst appidũ Sa:

Si incolae bene sũt morati pulchre munitũ arbitror Per:

Perfidia: & peculatus ex vrbe: & auaritia si exulant

Quarta inuidia:quinta ambitio:sexta obtrectatio:
Septimũ periuriũ. To.Fuge.per.Octaua indulgentia:
Nona iniuria.Decimũ quod pessimum agressu scelus
Hæc nisi inde aberint centuplex murus rebus seruandis parum sit.
Sa.Es ne tu huic amicus.Do.Tanq̃ dii oẽs:qui cœlũ colũt H

Toxilus:Sagaristio serui.persa virgo.

Si quid bonis boni fit:esse idẽ & graue:& gratũ solet per. I

Toxilus.Sagaristio serui duo.

Meretrix Lenniscilene

Improbus est homo To. K
Qui beneficium scit sumere:& reddere nescit.

Rudens planti Come.xvii.

Qui gentes oẽs:mariaq3:& terras mouet Arcturus L
Eius sum ciuis ciuitate cælitum
Ita vt videtis sum splendens stella:candida
Signum quod semper tempore exoritur suo:
Hic:atq3 in cœlo:nomen arctuto est mihi.
Noctu sum in cœlo clarus:atq3 inter deos
Et inter mortales ambulo interdius
Et alia signa de cœlo ad terram occidunt:
Qui est imperator diuum atq3 hominum Iuppiter M
Is nos per gentes alium alia disparat
Qui facta hominum:mores pietatem & fidem
Noscamus:vt quemq3 adiuuet opulentia
Qui falsas lites falsis testimoniis petunt
Quiq3 in iure abiurant pecuniam
Eorum referimus nomina exscripta ad Iouem
¶ Quotidie ille scit quis hic quærat malum:
Qui hic litem adipisci postulant periurio
Mali res falsas qui impetrant apud iudicem.
Iterum ille eam rem iudicatam iudicat.

Maiore mulcta mulctat: qui litem afferunt
Bonos in aliis tabulis exscriptos habet:
N Atq; hoc scelesti in animum inducunt suum.
Iouem se placare posse omnibus hostiis.
Et operam & sumptum perdunt ideo
Fit: quia nihil ei acceptum est a periuriis
O Supplicii facilius si qui pius est a diis supplicans:
Quam qui scelestus est inueniet veniam sibi
P Idcirco moneo vos ego haec: qui estis boni
Quiq; aetatem agitis cum pietate: & cum fide
Retinete: porro post est fatum & laetemini.

Piscatores

Q Omnibus modis qui pauperes sunt homines miseri viuunt
Praesertim quib9 nec questus est: nec didicere artē vllā
R Necessitate quicquid est domi: id sat est habendum

Mulier Ampelisca Trachalio seruus.

S Nā multa praeter spem: scio multis bona euenisse Tra.
T At ego etiā qui sperauerint spē decepisse multos Am.
V Animus aequus optimū est erūne condimentū Tra.

Trachalio seruus. Demones senex.

X Quis homo est tanta confidentia: De.
Qui sacerdotem violare audeat.
At magno cum malo suo fecit hercle.

Trachalio seruus. Palestra. Ampelisca sorores duae.

y Neq; est Melius morte in malis rebus Pa.

Grippus piscator.

ʒ Opera. Haud fui parcus mea: nimis hō nihilū qui piger est
Nimisq; id genus odi ego male. Vigilare decet hominē
Qui vult sua tempori conficere officia.
¶ Nā qui dormiūt libēter sine lucro & cum malo quiescunt

Trachalio seruus. Grippus piscator.

A Bonis quod bene fit: haud perit. Tra.

Grippus piscator. Labrax leno

Papæ diuitias tu quidem Gra. B

Habuisti luculentas. La. Miserum istuc verbum & pessimum est babuisse.

Et nibil babere.

Stilus plauti Come.xviii. Antipbo.

Panegyris .pinacium filiæ

GRatiam a patre si petimus spero ab eo impetrasse aduersari sine dedecore. Pi. C

Et scelere summo baud possumus

Pudicitia est pater D

Eos magnificare: qui nos socias sumpserunt sibi:

An. Dic vicissim nunc iam tu Pi. Quid vis tibi dicam pater An. vbi E

Facillime spectatur mulier: quæ ingenio est bono Pi. Cui male faciundi est

Potestas: vne ne faciat id tẽperat An. ¶ Haud male istuc: age tu

Altera vtra sit conditio pensior virginem an viduam babere

Quanta mea sapientia est e malis multis malum quod minimum est Pi.

Id minimũ est malũ qui põt mulieres vitare vitet: vt quotidie

Pridie caueat: ne faciat quod pigeat postridee

An. Quæ tibi mulier videtur multo sapientissima C

Pa. Que tamen cum

Res secundæ sunt: se poterit noscere: & illa que æquo animo patietur sibi

Esse peius ꝙ fuit

Stulticia est pater venatum ducere inuitas canes H

Hostis est vxor inuita: quæ ad virum nuptum datur

Certum ne est An. I

Neutrã vestrarum ꝓsequi imperium patris Pi. Persequimur

Nam quo dedisti nuptum abire nolumus

Curate igitur familiarē rem:vt potestis optume. An.
Nūc placet:cū recte monstras:nūc tibi auscultabimus Pa.

Gelasimus parasitus. Crocotion ancilla

K Iā a pausillo puero ridicul9 fui.eo quia paupertas Ge.
Fecit ridiculus forem. Nam illa omnes artes perdocet:vbi quem attigit

L Sed curiosi sūt hic.ꝙ plures mali alienas res qui curāt studio
Maximo.quibus ipsis nulla ē res qua procurēt sua

M Nam curiosus nemo ē:qui nō sit maleuolus

Gelasimus parasitus. Epignomus adol.

N Ego te nunc cōspicio libēs:vt præ laticia lachrymæ Ge.
Præsilliunt mihi

Antipho senex. Pamphilippus Epignomus Adol. duo.

O Nā hoc tu facito cogites:vt cuiqȝ homini res parata ē An.
Firmi amici sunt si res lassæ labant itidē amici cō labascūt
Res amicos inuenit

Sagarinus Stichus Serui duo

P Bonum ius dicis Sti.
Impetrare oportet:quia æquum postulas

Trinummus Plauti Com. xix. Megaronides loquitur

Q Ae amicū castigare ob merita mala noxia
Immane est facinus.

R Mores mali quasi herba irrigua succreuerunt vberrime

S Hic pluris pauciorum gratiam faciunt pars hominum
Quam id quod prosit pluribus

Callicles. Megaronides senex duo.

T Omnibus amicis:quod mihi est cupio esse idem Cal.

V Nihil est profecto stultius. Me.
Neqȝ stolidius:neqȝ mendaciloquius:neqȝ argutū magis:
Neqȝ cōfidētiloquius neqȝ piurius ꝙ vrbani assidui
Ciues:quos scurras vocant
Qui omnia se simulant scire nec quicꝙ sciunt:

Quod quisq; in animo habet:aut habituri sunt
Sciunt:id quod in autem rex regina dixerit sciunt quod
Iuno fabulata sit cum Ioue:quæ neq; futura:neq; facta sunt:
Tamen illi sciunt.falso.an vero laudent:culpent:quæ velint.
Non flocifaciunt dum illud quod lubeat sciant

Lysiteles adolescens

Mille modis amor X
Ignorandust.procul adhibendus est:atq; abstinendum
¶ Nam qui in amorem præcipitauit:peius perit:q̃ si saxo saliat
Boni sibi hæc expetunt rem:fidem:honorem: y
Gloriam:& gratiam hoc probis precium st. ¶ Eo mihi magis lubet
Cum probis potius:q̃ cum improbis viuere vanidicis.

Philto senex Lysiteles adol.

Pater adsum Ly. z
Impera quod vis:neq; tibi ero in mora.neq; latebrose me abs tuo
Conspectu occultabo.Phil. ¶ Feceris par tuis cæteris factis:patrem
Tuu; si per coles:per pietatem nolo ego cũ improbis te viris
Gnate mi:neq; in via neq; in foro vllum sermonem exequi
¶ Noui ego hoc sæculum.moribus quibus sit malus bonũ malum
Esse volt vt sit sui similis turbant miscent mores mali rapax
Auarus inuidus sacrum prophanum publicũ priuatum habẽt
Hiulca gens hæc ego doleo:hæc sunt:quæ excruciant
Hæc dies noctesq; tibi canto vt caueas. quod manu non queunt
Tangere tantum fas habent quo manus abstineant
Cætera rape trahe:fuge late lacbrymas hæc mihi cum video
Eliciunt:quia ego ad hoc genus hominũ duraui:quin prius
Me ad pluris penetraui:nam hii mores maiorum laudant
Eosdẽ latitant.hisce ego te artibus gratiam facio neu colas:

Neu imbuas ingenium meo modo: & moribus viuito antiquis
Qua ego tibi precipio: & facito nihil ego istos moror fatuos
Mores & turbidos. quibus boni dedecorant se: hac tibi si mea
Imperia capesses multa bona in pectore confident
A Semp ego vsq3 ad hac aetate ab ineūte adolescētia Ly.
Tuis seruiui seruitutē imperiis: & praeceptis pater
Proin ego me liberum esse ratus sum pro imperio tuo
Meum animum tibi seruitutem seruire aequum censui
B Qui hō cū animo inde ab ineūte aetate depugnat suo Ph.
Vtrum id ita ne esse mauelit. vt cū anim⁹ aequū cēseat
An ita potius: vt parentes eu3 esse & cognati velint
Si animus hominem perpulit actum est: si animo seruiuit non sibi
Si ipse animū perpulit dum viuit victor victorū cluet
¶ Tu si animum vicisti potiusq̄ animus te ē quod gaudeas.
C Quid exprobas bene quod fecisti. tibi fecisti non mihi.
D Is probus est: quē nō penitet q̄ probus sit: & frugi bonae
Benefacta benefactis aliis pertegito:
E Deserere illum: & deiuuare in rebus aduersis pudet Ly.
F Bene si amico feceris: ne pigeat fecisse
G At potius pudeat si non feceris. Phil. ¶ De magnis diuitiis si quod
Demas plus fit an minus. Ly. Minus pater sed ciui.
Immunifico scis quid cantari solet. quod habes ne habeas
Et illud quod nunc non habes habeas malum quando quidem
Nec tibi bene esse potes pati nec alteri
H Sapientia aetas condimentum est. sapiens aetati cibus est
I Sapiens quidem pol. ipse fingit fortunam sibi Phil.

Non ætate verum ingenio adipiscitur sapientia A

Lesbonicus adol. Stasimus seruus. Philto senex

Ne quicꝙ̃ illud verbũst bene vult: nisi qui bene facit Sta. L

Verecundari neminem apud mensam decet M

Adol. duo. Lysitales. Lesbonicus. Stasymus seruus

Scio te sponte non tuapte errasse. sed amorem tibi Ly. N
Pectus obscurasse.

Minus placet magis quod suadetur: quod dissuadetur placet: O

Stasimus seruus Charmides senex

Nunc mores nihil faciunt quod licet Sta. P
Nisi quod iubet ambitio iam more sancta est: liberast a legibus
Mores Leges perduxerunt iam in potestatem suam.

¶ Ex miseræ etiam
Ad parietem sunt fixe clauis ferreis. vbi malos mores
Affigi nimio fuerat æquius:

Si quis mutuum quid dederit. fit pro proprio perditum Q
Quum iam repetas. inimicum amicum beneficio inuenis tuo.
Si mage exigere cupias: duarum rerum exoritur optio:
Vel illud quod credideris perdas: vel illum amicum amiseris
Nam ego talentum mutuum
Quod dederant talento inimicum mihi emi. amicum vendidi.

Truculentus Plauti. Com. xx.

Dinarchus adole.

Is perit amator: abre atq; animo simul R
Amare oportet S
Omnes qui quod dent habent. ¶ Nam mihi hæc meretrix T
Quæ hic habet: phronesium suum nomen: omnem
Expectatore emouit meo phronesim. ¶ Nam phronesis
Est sapientia.

Astaphium ancilla. Dinarchus adole:

Rationem dicam: quia qui Ast. V
Alterum incusat probri. ipsum se intueri oportet

Phronesium meretrix.

K Male quod mulier incœperit nisi efficere perpetrat
Id illi morbo. id illi senio est: ea illi misere miseriast:
Si benefacere incœperit: eius enim cito odiū percipit:
Nimisq; paucæ sunt defessæ: malefacere occœperūt quæ
Nimisq; paucæ efficiūt: si quid occœperint benefacere
Mulieri nimio malefacere melius est onus: q̄ bene

Stratophanes miles. Phronesiū mer. Straphiū ancilla.

y Non laudandus est: qui plus credit: quæ audit q̄ Stra.
Quæ videt num placet cum illi plus laudant: q̄ audiunt:
Quam qui vident. ¶ Pluris est occulatus testis vn⁹ q̄ auriti
Decē: qui audiunt audita dicunt: qui vidēt plane sciūt

Geta. Stratophanes miles Phronesium mer.

z Meretricem ego idem esse reor Ge.
Mare vt est: quod des deuorat: nunq̄ abundat
Des q̄tum vis nusq̄
Apparet: neq; datori: neq; acceptrici. ¶ Velut meretrix meum herum
Miserum sua blandicia intulit in
Pauperiem priuauit bonis: luce: honore atq; amicis

Ancilla Astraphium Dinarchus adol.

A Mauelim mihi inimicos inuidere: q̄ me inimicis meis Di.
Nam inuidere alii bene esse. tibi male esse miserum est
Qui inuident egent: illi quibus inuidetur rem habēt

B Pertimui postq̄
Vna cura cor meum mouit: modo timeo ne mea malefacia antiqua
Nunc senex inueniat omnia

Calli senex. Ancil. xi. Dinarchus adol.

C Væ misero mihi: mea nunc facinora Di.

Aperiuntur: clam quæ sperani fore:
Neqꝫ viuus: neqꝫ mortuus D
Sum nec quidem nunc faciã scio: neqꝫ vt hinc abeam: neqꝫ vt
Ad hunc adeam scio timore torpeo
Ex Terẽtii Comœdiis. Ex Andriæ prologo flores electi
ID isti vituperant factum: atqꝫ in eo disputant E
Contaminari non decere fabulas
Faciunt ne intelligendo vt nihil intelligant
Dehinc vt quiescant porro moneo & desinant
Maledicere: malefacta ne noscant sua
Ex Com. ipsa Symo senex Sosia libertus
NIhil istac opus est arte ad hãc rẽ quã paro Sy. loquitur F
Sed his quas semper in te intellexi sitas
Fide: & taciturnitate:
Gaudeo. Si tibi quid feci. aut facio: quod placeat symo. So. G
Et id gratum fuisse aduersum te habeo gratiam:
Sed hoc mihi molestum. nam istec commemoratio:
Quasi exprobratio est immemoris beneficii
Quin tu vno verbo dic: quid est quod me velis
Nam is postꝙ excessit ex phœbis sosia Sy. H
Liberius viuendi fuit potestas. nam antea
Qui scire posses. aut ingenium noscere.
Dum ætas: metus magister prohibebant. So. ¶Ita est I
Quod pleriqꝫ omnes faciunt adolescentuli Sy:
Vt animum ad aliquod studium iungant: aut equos alere:
Aut canes ad venandum aut ad philosophos
Nam id arbitror So. K
Apprime in vita esse vtile: vt ne quid nimis
Namqꝫ hoc tempore L
Obsequium amicos veritas odium parit
Ingenium est omnium Sy. M
Hominum ab labore procliue ad libidinem

Symo senex. Dauus seruus

N Nunc hic dies aliā vitā affert: alios mores postulat. Sy.

Pamphilus. Mislis ancilla

O Dum in dubio est animus: paulo momento huc illuc impel litur. Mis.

P Huius formā: atq; ętatem vides Pa.

Nec clam te est: ꝙ illi nunc vtreq; res inutiles

Et ad pudicitiam: & ad rem tutandam sient

Charinus. Birria. Pamphilus

Q Ve misero mihi. Char.

Vt anim⁹ in spe: atq; timore vsq; ante hac attēt⁹ fuit

¶ Itaq; postꝙ adempta spes est: lassus cura: & confectus stupet

R Quoniam non potest id fieri quod vis Bir.

Id velis quod possis

S Ab ꝙto satius est: te ad id dare operam: qui istum amorē ab animo amoueas tuo

Quam id loqui qua magis libido frustra incendatur tua

T Facile omnes (cum valemus) recta consilia egrotis damus. Chre.

Tu si hic sis: aliter sentias:

V Ego charine: neutiꝙ officiū liberi esse hominis puto Pa.

Cum is nihil promereat: postulare id gratię apponi sibi

Birria Dauus Pamphilus Symo

X Neq; istic: neq; alibi tibi vsꝙ erit in me mora. Pa.

Facis vt te decet Sy.

Cum istoc: quod postulo impetro cum gratia

y Verum ilud verbum est vulgo: quod dici solet Bir.

Omnes sibi melius malle ꝙ alteri

Dauus Symo.

A Sy. Potin: est mihi verum dicere. Da. Nihil facilius

Symo. Chremes. senes duo

Amantium ira: amoris redintegratio est Chre. B

Charinus. Pamphilus Dauus

Hoccine est credibile: aut memorabile Cha. C
Tanta vecordia innata vt cuiq̈ siet
Vt magis gaudeat: atq; ex incommodis
Alterius: sua vt comparet commoda. Ab.
Id ne est verum. Imo id est pessimum hominum genus
In denegando modo quis pudor paululum adest D
Post vbi tempus est promissa iam perfici
Tum coacti necessario se aperiunt
Et timent. & tamen res eos premit denegare
Ibi tum eorum impudentissima oratio est:
Quis tu es. quid mihi es. cur mea tibi.
Heus proximus sum egomet mihi. At tamen vbi fides
Si roges: nihil illos pudet hic vbi opus est non verentur illic
vbi opus non est: ibi verentur

Chremes senex Mysis anc. Dauus seruus

Fallatia alia: aliam trudit Da. F
Paululum interesse censes ex animo hac omnia
Vt fert natura si facias: an de industria.

Chremes Symo. Senes duo

Imo. n. nunc q̈ maxime abste oro: atq; postulo chremes Sy. G
Vt beneficium verbis initum dudum nunc re comprobes
Vides quam iniquus sies prestudio dum id efficies quod cu
pis Chr. H
Neq; modum benignitatis: neq; quid me ores cogitas
Nam si cogites remittas iam me onerare iniuriis

Crito. Chremes Symo. Pamphilus

Vix sum apud me ita animus commotus est metu pa. I
Chr. At mihi vnus scrupulus etiam restat: qui me male habet
Pa. ¶ Dignus es K
Cum tua religione odio nodum in scirpo queris

Charinus . Pamphilus . Adol. duo.

L Ego deorũ vitam ꝓpterea sempiternã esse arbitror pã.
Quod voluptates eorum proprie sunt

Dauus . pamphilus . Charinus .

M More hominum euenit. vt quid sim natus mali Da.
Prius resciret tu: quam ego illud: qđ tibi euenit boni.

Ex Terentii Eunuchi: prologo.

N Nullum est iam dictum: quod nõ dictum sit prius
Quare æquum est vos cognoscere: atq; ignoscere
Quæ veteres factitarunt: si faciunt noui

O Date operam: & cum silentio animaduortite.

Ex Eunucho Terentii Come. ii.

Phædria adol. parmeno seruus .

P Proin tu dũ est tẽpus: etiã atq; etiam cogita phæ.
. Here: quæ res in se: neq; cõsilium: neq; modũ par.
Habet vllum: eam consilio regere non potes .
In amore hæc omnia insunt vitia iniuriæ:
Suspitiones: inimicitiæ: inducie
Bellum: pax rursum incerta hæc si tu postules
Ratione certa facere nihilo plus agas
Quam si des operam vt cum ratione insanias .

Thais meretrix. phædria

Adol. parmeno seruus .

R Hac lege tibi meam astringo fidem par.
Quæ vera audiui taceo: & contineo optime
Sin falsum: aut vanum: aut fictum est : continuo palam est.
Plenus rimarum sum: hac atq; illac perfluo.
Proin tu taceri si vis . vera dicito

Phedria Adol. parmeno seruus

S Dii boni quid hoc morbi est. Adeõ homines immutari. par.
Ex amore. vt nõ cognoscas eundem esse.

Gnato parasitus.parmeno seruus.

Omnia hēo:neq3 quicꝗ̄ hēo:nihil cū est:nihil desit tamē.Gna. T
Est genus hominum:qui esse primos se omnium rerum volunt
Nec sunt:hos consector hisce ego non paro me vt irrideant
Sed his vltro arrideo:& eorum ingenia admiror simul
Quicquid dicunt laudo id rursum si negant laudo id quoq3
Negat quis nego ait alo:
Postremo imperari egomet mihi
Omnia assentariis questus nunc est multo vberrimus

Traso miles.Gnato parasitus.parmeno seruus.

Labore alieno magnam partā gloriam Gna. V
Verbis sepe in se transmouet:qui habet salem

Cherea.Antipho.Adol.duo.

O festus dies hominis:amice salue Che. X
Nemo est hominū:quē ego nūc magis cuperem videre:ꝗ̄ te

Chremes adol.pithias ancilla Chre.loquitur

Verbū hercle hoc verū est sine cerere & libero friget ven⁹ y

Thais Chremes.pithias

Sed tu:quod cauere possis stultum admittere est Chre. 3
Mallo ego nos ꝓspicere ꝗ̄ hunc vlcisci:accepta iniuria

Traso miles Gnato parasitus Sanga Simallio

Omnia prius experiri consilio ꝗ̄ armis sapientē decet Tras. A
Immo certe noui ingenium mulierum Gna. B
Nolunt vbi tu velis vbi tu nollis cupiunt vltro

Parmeno.pithias

Id vero est quod mihi reputo palmarium par. C
Me reperiisse quomodo adolescentulus
Meretricum ingenia:& mores posset noscere
Mature vt cum cognouerit perpetuo oderit
Quæ dum foris sunt:nihil videtur mundius
Nec magis compositum quicꝗ̄:nec magis elegans:
Quæ cū amatore suo cum cenant ligurriunt

Harum videre illuuiem. sordes: inopiam
Quam inhoneste sole sint domi: atqz auide cibi
Quo pacto ex iure extremo panem atrum vorent
Nosce omnia hæc. salus est adolescentulis.

Ex Terentii Heautontimorumenos. Com. iiii.

Chremes Menedemus Senes duo

D Tantum ne ab re tua est ocii tibi chreme]Me:
Aliena vt cures: ea quæ nihil ad te attinent

Clitipho Chremes Chre. loquitur

E Quid reliqui est: quin habeat que quidem esse in homine dicuntur bona parentes
Patriam incolumen: amicos: genus: cognatos.
Diuitias. atqz hæc perinde sunt: vt illius animus est: qui ea possidet
Qui vti scit ei bona sunt. illi qui nõ vtitur recte mala

Clinia. Clitipho adol. duo.

F Nosti mores mulierum dum poliuntur: dum comuntur
Annus est Clit.

Syrus dromo Clitipho Clinia

G Nõ fit sine piculo facinus magnũ: Õ mẽorabile Syr⁹:
H Tu es iudex. ne quid accusandus sis vide Cliti:
I In tẽpore ad eã veni quod rerũ omniũ est primũ Syrus

Bachis Antiphila Clinia Syrus

K Quippe forma impulsi nostra nos amatores colũt Bac.
Hæc vbi immutata est illi suum animum alio conferunt
L Omnes mihi labores fuere quos capi leues preterꝙ tui carendumqz erat Clin.

Chremes Menedemus

M Aut ego profecto Men.
Ingenio egregie ad miseriã nat⁹ sum: aut illud falsuz est
Quod vulgo audio dici diem adimere ægritudinem hominibus.

Nā mihi quidē quotidie augescit magis de filio ægritudo
Et quāto diutius abest:magis cupio tanto magis desidero
Pessime istuc in te atq3 in illum consulis Chre. N
Si te tam leni & victo animo esse ostenderis
Nam si semel tuum animum intellexerit ille
Prius perditurum te tuam vitam & prius
Pecuniam omnem:ꝙ abs te emittas filium:hui
Q antam fenestram ad nequitiam patefeceris
Tibi autem porro vt non sit suaue viuere
¶ Nam deteriores omnes sumus licentia
Q uodcunq3 incederit in mente volet
Neq3 id putabit prauum an rectum sit quod petet
Tu rem perire & illum non poteris pati
Dare denegaris ibit ad illum ilico:
Q uem maxime apud te valere sentiet
Abiturum se abs te esse ilico minabitur.
Dii vestrā fidē:itan cōparatā eē hominū naturā omniū Men: O
Aliena vt melius videant:& iudicent quā sua.
An eo fit:vt quia in re nostra.aut gaudio sumus prepediti nimio aut ægritudine

Chremes Clitipho Syrus

Noui ego amātiū animū aduortūt grauiter que nō cēseas Chr. P
Nemo est deorum amicorum hodie Q
Apud quē expromere omnia mea occulta audeam
Apud aliū ꝓhibet dignitas apud alium ipsius facti pudet
Ne ineptus:ne proteruus videar.

Sostrata Chremes Syrus Nutrix.

Nō licet hominē esse sæpe ita vt vult si res nō sinit Chre. R
Crucior bolū tantū mihi ereptū tam subito e faucibus Syr⁹. S
Nihil tā difficile est:quin inquirēdo inuestigari possit T

Clinia Syrus Cli.loquitur.

Q uid dicā quam causam afferā.Sy.Q uin nolo mētiare V

Aperta ita vt res sese habet narrato.

Chremes. Syrus.

X Verum illud chreme Syrus

Dicunt: ius summum: saepe summa malicia est

Clitipho. Syrus.

y Nulla est tam facilis res: quin difficilis sciet Cli.

Si inuitus facias.

Chremes. Syrus. Clitipho.

A Quam multa iniusta: ac praua fiunt moribus Chre.

Menedemus. Chremes.

B Pre iracundia Chre.

C Menedeme nõ sum apud me. Men.

❡ Te ne istuc loquitur.

Nõne flagitiũ est: te aliis consilium dare

Foris sapere tibi non posse te auxiliarer:

Clitipho. Menedemus. Syrus. Chremes

D Matres omnes filiis Syrus

In pctõ adiutrices: & auxilio in paterna iniuria Solẽt esse

Menedem⁹. Chremes Sostrata Clitipho

Omnia haec dum incipias grauia sunt. ❡ Dumq; ignores

E vbi cognoueris facilia. So.

Adelphi Terentii. Come. iiii.

Mitio senex. Storax seruus.

F Q Vemquã ne hominẽ in animo instituere: aut Ste.

Parare: quod sit clarius: quam ipse est sibi

G Quae fert adolescentia: Mi.

Et ne me celet consuefeci filium

Nam qui mentiri: aut fallere insueuerit patrem: aut

Audebit tanto magis audebit caeteros

H Nimium ipsius durus est praeter aequum: & bonum: Sto.

Et errat longe: mea quidem sententia:

Qui imperium credat grauius esse: aut stabilius

Ut quod fit: quam illud quod amicitia adiungitur
Mea est sic ratio: et sic animum induco meum
Malo coactus qui suum beneficium facit
Dum id recitum iri credit: tantisper cauet.
Si sperat fore clam rursum ad ingenium redit
Ille quem beneficio adiungas: ex animo facit
Studet par referre praesens absensque idem erit
Hoc patrium est potius consuefacere filium
Sua sponte recte facere: quam alieno metu
Hoc pater ac dominus interest hoc qui nequit
Fateatur nescire se imperare liberis.

Demea. Mitio.

Homine imperito: numquam quicquam iniustius est: Mi. I
Qui nisi quod ipse facit nihil rectum putat.

Sannio leno. Aeschinus
Adol. Sarmeno seruus

Neque tu verbis solues unquam quod mihi in re male feceris Sa. K

Syrus seruus Sannio leno

Pecuniam in loco negligere. maximum interdum est lucrum. Sy. L
Ego spem precio non emo Sa. M

Ctesipho Syrus

Abs quis hominem cum est opus: beneficium accipere gaudeas. Te. N
¶ Verum enim vero id demum iuuat si quem aequum est benefacere eis benefacit.
Quid ego nunc te laudem sat certe scio O
Nunquam ita magnifice quicquam dicam: id virtus quin superet tua

Aeschinus. Ctesipho
Syrus. Sannio.

In tuto est omnis res omitte vero tristitiam tuam. Aeschi. P
Ah vereor coram: in os te laudare amplius Te. Q
Ne id assentari magisquam quod habeam gratum facere existimes.

Geta seruus. Sostrata. Canthara.

R Nunc illud est. q̄ si oēs omnia sua cōsilia cōferāt Ge.
Atq; huic malo salutem querant auxilii nihil afferant:
Tot res repente circūuallant vnde emergi non potest
Vis: egestas iniusticia sollitudo infamia
Hoccine sæculum o scelera o genera sacrilega
S Ah me miserum vis sum cōpos animi ita ardeo iracundia.
Syrus seruus Demea senex.
T O Demea istuc est sape nō qd' ante pedes modo est Sy.
Videre: sed etiam illa quæ futura sunt Prospicere
V Sic fiet modo vt nunc est quæso De.
Vt quisq; filium suum vult esse ita est Sy:
X Deniq; inspicere tanq̄ in speculum vitas hominū Sy.
Iubeo atq; ex aliis sumere exemplum sibi.
y Sedulo Moneo quæ possum: pro mea sapientia Sy.
Verum quid facias vt homo est ita morem geras
ȝ Nam tu quid agas
Vbi si quid bene præcipias nemo obtemperet
Hægio Geta Demea
A Sed demea hoc tu facito vt tecum animo cogites Hæ.
Quam vos facillime agitis q̄ estis maxime
Potentes diuites fortunati nobiles
Tam maxime vos æquo animo æqua nocere
Oportet si vos vultis perhiberi probos.
B Verum nimia illa licentia De:
Profecto euadet in aliquod magnum malum
Ctesipho adol. Syrus seruus
C Homini ilico lachrymæ cadunt quasi puero p̄ gaudio Sy.
D Cte. Quid nā est. Sy. Lupus in fabula. Cte. Pater adest.
Mitio Hægio
E Ego in hac re nihil repio: quāobrē lauder tātope hægio Mi.
Meum officium facio: quod peccatum a nobis ortum
est corrigo.

Omnes quibus res sunt minus secundæ magis sũt nescio quo modo. Hæ. F

Suspiciosi ad contumeliã omnia accipiunt magis
Propter suã impotentiã se semper credunt negligi.

Aeschinus adol.

Discrutior animi: hoccine ex improuiso mali mihi obiici tantũ G
Vt neqꝫ quid de me faciã: neqꝫ quid agã certum siet
Membra metu debilia sunt animus timore obstupuit
Pectore consistere nihil concilii quit: vah
Quomodo me ex hac expediam turba

Satis diu dedisti verba nobis satis ad hunc tua nos frustata est fides. H

Mitio Aeschinus

Erubuit salua res est. Mi. I

Virginem viciasti quam te ius non fuerat tangere K

Mitio Demea

Simulare certe est hominis De. L

Placet tibi factum mitio. Mi. Non si queam mutarem M
Mutare nunc cum nequeo æquo animo fero

Ita vita est hominum quasi cum ludas tesseris N
Si illud quod maxime est opus iactu non cadit
Illud quod cecidit forte id arte vt corrigas necesse est

Mitio. Demea. Senes duo

Tandem reprime iracundiam atqꝫ ad te redi Mi. O

Nam vetus verbum hoc quidem est P
Communia esse amicorum inter se omnia

Multa in homine demea Q
Signa insunt: ex quibus coniectura facile fit
Duo cum idem faciunt: sæpe vt possis dicere
Hoc licet impune facere huic illi non licet
Non ꝙ dissimilis res sit sed ꝙ is qui facit.

O noster demea R

Ad omnia alia ætate sapimus rectius
Solum vnum hoc vitium affert senectus hominibus
Attentiores sumus ad rem omnes quam sat est Demea
S Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit
Quin res ætas vsus semper aliquid apportet noui
Aliquid moneat vt illa quæ te scire credas nescias:
Et quæ tibi putaris prima: in experiundo repudies.
T Re ipsa repperi
Facilitate nihil esse homini melius neque clementia
V Duxi vxorem: quam ibi miseriam vidi. Nati filii
Alia cura porro autem dum studeo illis: vt quam plurimum
Facerem contriui in quærendo vitam: atque ætatem meam:
Nunc exacta ætate: hoc fructi pro labore ab is ferro odium
Meam autem mortem expectant

Ex Terentii Phormione Com. v. Dauus loquitur

X Quam inique comparatum est. hi qui minus habent
Vt semper aliquid addant ditioribus

Geta Dauus

A Præsertim: vt nunc sunt mores adeo res redijt Da.
Si quis quid reddit magna habenda est gratia
B Cuius tu fidem in pecunia prospexeris
Vereare ei verba credere.
C Namque inscitia est aduersus stimulum calces
D Nunquam æque inquit: ac modo Ge.
Paupertas mihi onus visum est: O miserum O graue
E Vnum hoc scio
Quod fors feret feremus æquo animo. Da. placet
Hem istuc viri est officium

Antipho. phedria

F Beatus es: ni vnum desit animus qui modeste istæc ferat Phe.

Geta. phedria. Antipho.

G Cedo quid portas obsecro atque id si potes in vno verbo expedi. an

Fortes fortuna adiuuat Ge. H
Demipho.Geta.Phedria
Incertum est quid agam quid preter spem atqz incredibile mihi hoc accidit De. I
Ita sum irritatus: animum vt nequeā ad cogitandū instituere
¶ Quamobrem oēs cum secunde res sunt: tum maxime
Meditari secū oportet quo pacto aduersam erūnā ferant
Pericla: damna exilia peregre rediens semper cogitet
Aut filium peccatum: aut vxoris mortē: aut morbū filiæ:
Communia esse hæc & fieri posse: vt ne quid animo sit nouum
Quicquid preter spem eueniat. oē id deputare esse in lucro
An quisq̄ iudex est qui poscit noscere K
Tua iusta vbi tute verbum non respondeas
Nihil est dictu facilius Geta. L
Phormio Geta
Vereor ne ista hæc fortitudo in neruū errūpat deniqz: Ge. M
Demipho Geta Phormio
Quia egens relicta est misera: ignorare parens Phor. N
Negligitur ipsa: vide auaritia quid faciat
Demipho Geta Hægio Cratinus Crito.
Verum ita est Hægi. O
Quot homines: tot sententiæ: suus cuiqz mos
Mihi non videtur quod sit factum legibus P
Rescindi posse: & turpe inceptum est
Phedria Dorio Antipho. Geta
Auribus teneo lupum Anti. Q
Nam neqz quomodo a me emittā cuenio: neqz vti retineā scio
Phedria Antipho Geta
Ab dictum sapienti sat est Anti. R
Demipho Chremes
Senectus ipsa morbus est Chre. S
Istec mihi res sollicitudini est Dem. T

Neqȝ defecisse ar vnq̄ adeo experirier:
Donec id tibi: quod pollicitus sum effecero.
Antipho. adol. Geta seruus
V Nihil est Antipho Geta.
Quin male narrãdo possit deprauarier
Tu id quod boni est excerpis. dicis quod mali est.
Demipho. Chremes senes duo. Geta seruus
X Non sat est tuum te officium fecisse: id si non fama approbatur. De.
Demipho senex Geta seruus
A Nostrapte culpa facimus: vt malis expediat esse De.
Dum nimium dicis nos bonos studemus: O benignos
B His nūc p̄ciū est: qui recta praua faciunt. Geta. verissime
Antipho. adole.
C Quam scitum est eiusmodi parare in animo cupiditates
Quas cum aduerse res fient paulo mederi possis
Demipho Phormio Chremes
D Diis magnas merito gratias habeo: atqȝ ago De
Quando euenere hæc frater nobis prospere
E Quanta hæc mea paupertas est tamen Phor.
Adhuc curaui vnum hoc quidem: vt mihi esset fides
Nausistrata mulier. Chremes Phormio Demipho
F Verba fiunt mortuo Phor.
Ex Terentii Ecira. Com. vi. Laches
Sostrata. vir & vxor
G PRob deum: atqȝ hominum fidem quod hoc genus est.
O quæ hæc coniuratio La.
Vt oēs mulieres eadem æque studeant: nolintqȝ omnia
Neqȝ declinatã quicq̄ ab aliarū ingenio vlla reperies
Itaqȝ adeo vno animo oēs socrus oderunt nurus
Viris esse aduersas æque studiū est similis pertinacia
In eodem oēs mihi videntur ludo docte ad maliciam

Pamphilus adol.Parmeno seruus

Pueri inter sese q̃ pro leuibus noxis iras gerunt. Par. H
Quapropter.quia enim qui eos gubernãt animum infirmũ gerũt
Itidẽ ille mulieres sunt ferme vt pueri leui sententia
Fortasse vnum aliquod verbũ inter eas iram hanc conciuerit

Pamphilus ado.

Profecto hoc sic est vt puto I
Omnibus nobis vt res dant sese ita magni:atq; humiles sumus
O fortuna vt nunq̃ perpetuo es bona K

Parmeno Sosia serui duo.Pamphilus

Non hercle verbis So. L
Parmeno dici põt tãtũ q̃ re ipsa nauigare incommodum est
Par.Ita ne est.So.O fortunate nescis quid mali preterieris
Qui nunq̃ es ingressus mare:nam alias vt omittam
Miserias vnam hanc vide:dies triginta:aut plus eo
In naui fui cum interea semper mortem expectabam miser:
Ita vsq; aduersa tempestate vsi sumus

Laches Phidippus pamphilus

Sane hercle pa. M
Homo voluptati obsequens fuit dum vixit.O qui sic sunt
Haud multum heredem iuuant
Namq; eo pacto maxime apud te meo erit ingenio fides N
Cum illa que nunc in me iniqua est equa de me dixerit
Quia paululum vobis accessit pecunie:sublati sunt animi O

Laches Sostrata Pamphilus

Istuc ẽ sapere:qui vbicunq; op⁹ sit animũ possis flectere. La. P
Odiosa est hec etas adolescentulis Q

Phidippus Laches pamphilus

Mulier fecit.Mirandum ne id est.Censen te posse [La. R
Vllam reperire mulierem:que careat culpa.
An quia non delinquunt viri.

Bacchis mer.Lachis sen.

S Offerre iniuriam me tibi immerenti iniquum est La

T Verum hoc te moneo vnum qualis sim amicus
Aut quid possim: potiusꝙ inimicus: periculum facias

Phidippus Laches Bachis

V Nec pol iste metuunt deos: nec hac respicere deos opinor Phi.

Parmeno seruus Bachis mere.

X Tua quod nihil refert percontari desinas Ba.

Y Multa Ex quo fuerint commoda: eius incommoda æquum ē ferre.

Ex libris Lucretii. De rerum natura. Ex Lib. i.

A Omnis enim per se diuum natura necesse est
Immortali æuo summa cum pace fruatur
Semota a nostris rebus seiunctaq; longe
Nam priuata dolore omni priuata periclis
Ipsa sui pollens opibus: nihil indiga nostri:
Nec bene pro meritis capitur: nec tangitur ira

B Ennius æternis exponit versibus edens
Quod neq; permaneant animæ: neq; corpora nostra

C Sed tua me virtus: tamen & sperata voluptas
Suauis amicitiæ: quamuis perferre laborem
Suadet: & inducit noctes vigilare serenas

D Huc accedit vti quæq; in sua corpora rursum
Dissoluat natura: neq; ad nihilum interimat res

E Quin etiam multum solis redeuntibus annis
Annulus in digito subter tenuatur habendo
Stillicidi casus lapidem cauat: vncus aratri
Ferreus occulto decrescit vomer in aruis

F Nisi prima fides fundata valebit
Haud erit occultis de rebus quo referentes
Confirmare animos quoꝙ ratione quæamus

G At neq; recidere ad nihilum res posse: neq; autem

Crescere de nihilo:testor res ante probatas
Semper in assiduo motu res ante quæq; geruntur H

Ex.ii.Lucretii.Libro

Sed nil dulcius est bene quam munita tenere I
Edita doctrina sapientum templa serena
Despicere vnde queas alios:passimq; videre
Errare:atq; viam palantis quærere vitæ.
Certare ingenio contendere nobilitate
Noctes atq; dies niti:præstante labore
Ad summas emergere opes:rerumq; potiri
O miseras hominum mentes o pectora cæca
Qualibus in tenebris vitæ quantisq; periclis
Degitur hoc æui quodcumq; est
Augescunt aliæ gentes aliæ minuuntur K
Inq; breui spacio mutantur sæcula animantum
Et quasi cursores vitai lampada tradunt
Deniq; cœlesti sumus omnes semine oriundi L
Omnibus ille idem pater est. ¶ Vnde alma liquentes
Humorum gutas mater cum terra recepit
Fœta parit nitidas fruges:arbustaq; læta:
Et genus humanum parit omnia secla ferarum.
Pabula cum præbet:quibus omnes corpora pascunt
Et dulcem ducunt vitam:prolemq; propagant
Quapropter merito maternum nomen adeptast.
¶ Cedit item retro de terra quod fuit ante
In terras. ¶ Et quod missumst ex ætheris oris
Id rursum cœli stellantia templa receptant
Sed neq; tam facilis res vllast:quin ea primum M
Difficilis magis ad credendum constet. ¶ Itemq;
Nil adeo magnum:neq; tam mirabile quicq;
Quod non paulatim minuant mirarier omnes

Ex.iiii.Lucretii Libro

N Et metus ille foras preceps acherontis agendus
Funditus humanam qui vitam turbat ab imo
Omnia ſuffundens mortis nigrore. Nec vllam
Eſſe voluptatem liquidam puramqꝫ reliquit
O Multoqꝫ in rebus acerbis
Acrius aduertunt animos ad religionem
Quo magis in dubiis homines ſpectare periclis
Conuenit: aduerſiſqꝫ in rebus noſcere qui ſint
Nam vere voces: tum demum pectore ab imo
Eliciuntur. & eripitur perſona manet res
P Deniqꝫ auarities: & honorum cæca cupido
Quæ miſeros homines cogunt tranſcendere fines
Iuris & interdum ſocios ſcelerum: atqꝫ miniſtros
Noctes: atqꝫ dies niti præſtante labore
Ad ſummas emergere opes
Sanguine ciuili rem conflant diuitiaſqꝫ
Conduplicant auidi cædem cæde accumulantes
Crudeles gaudent in triſti funere fratres:
Et cum ſanguineum menſas odere timentqꝫ
Conſimiles ratione ab eodem ſæpe timore
¶ Macerat inuidia ante oculos illum eſſe potentem
Illum aſpectari claro qui incedit honore:
Ipſi ſe in tenebris volui: cænoqꝫ queruntur:
Q Præterea gigni pariter cum corpore & vna
Creſcere ſentimus: pariterqꝫ ſeneſcere mentem
Nam velut infirmo pueri teneroqꝫ vagantur
Corpore ſic animi ſequitur ſententia tempus
Inde vbi robuſtis adoleuit viribus ætas
Concilium quoqꝫ maius & auctior eſt animi vis
Poſt vbi iam validis quaſſatumſt viribus æui
Corpus: & obtuſis ceciderunt viribus artus
Claudicat ingenium delirat linguaqꝫ menſqꝫ

Omnia deficiunt:atq; vno tempore desint
Quapropter fateare necessest:quæ fuit ante
Interiisse aquæ nunc est:nunc esse creatam
Deniq; si vocem rerum natura repente R
Mittat:& hoc alicui nostrum sic increpet ipsa
Quid tibi tantopere est mortalis quod nimis ægris
Luctibus indulges quid mortem congemis & fles.
Cur non vt plenus vitæ conuiua recedis.
Aequo animoq; capis securam stulte quietem.
Post mortem deniq; nostram
Num quid ibi horribile apparet.Num triste videtur
Quicq̄:non ne omni somno securius extat
Atq; ea nimirum quæcunq; acheronte profundo
Prodita sunt esse:in vita sunt omnia nobis
Nec miser impendens magnum timet aere saxum
Tantalus vt famast:cassa formidine torpens
Sed magis in vita diuum metus vrget inanis
Mortales casumq; timent.quem cuiq; ferat sors
Nec Tityon volucres ineunt acheronte iacentem
Sed tityus nobis hic est in amore iacentem S
Quem volucres lacerant:atq; exest anxius angor
Aut aliæ quamuis scindunt torpedine curæ
¶ Sisyphus in vita quoq; nobis ante oculos est
Qui petere a populo fasces:sæuasq; secures
Imbibit:& semper victus tristisq; recedit
Nam petere imperium:quod inane est:nec datur vnq̄
Atq; in eo semper dux sufferre laborem
Hoc est aduerso nixantem trudere montem
Saxum quod tamen e summo iam vertice rursum
Voluitur & plani raptim petit æquora campi
¶ Deinde animi ingratam naturam pascere semper
Atq; explere bonis rebus.satiareq; nunq̄

Quod faciunt nobis annorum tempora circum
Cum redeunt: fœtusq; ferunt: variosq; lepores
Nec tamen explemur vitai fructibus vnq̃
Hoc (vt opinor) id est æuo florente puellas
Quod memorant laticem pertusum congerere in vas
Quod tamen expleri nulla ratione potestur
T Cerbarus: & furiæ iam vero: & lucis egenus
Tartarus horriferos eructans faucibus æstus:
Qui neq; sunt vsq̃: nec possunt esse profecto:
Sed metus in vita penarum pro malefactis
Est insignibus insignis. sceleriśq; numela:
Carcer: & horribilis de saxo iactis eorum
Verbera: carnifices: robur: pix: lamina: tedæ.
Quæ tamen & si absunt.
¶ At mens sibi cõscia facti
Præmetuens: adhibet stimulos: torretq; flagellis
Nec videt interea. qui terminus esse malorum
Possit: nec qui sit pœnarum deniq; finis
Atq; eadẽ metuit magis: hæc ne in morte grauescãt.
Hic acherusia fit stultorum deniq; vita.
V Certa quidem finis vitæ mortalibus adstat
Nec deuitari lœtum pote quin obeamus.
Ex. iiii. Lucretii Libro.
X Hoc animi demum ratio discernere debet:
Nec possunt oculi naturam noscere rerum:
y Nam nihil egregius q̃ res est cernere apertas
Ab dubiis: animus quas ab se protinus abdit.
A Deniq; nil sciri si quis putat: id quoq; nescit:
An sciri possit: quo nil se scire fatetur.
B Nam faciunt homines plerumq; cupidine cæci:
Et tribuunt ea: quæ non sunt sibi commoda vere.
Quoniam fœdo afflictantur amore:

Nec sua respiciunt miseri mala maxima sæpe inmunda & fe
Nigra (tidá
Nam leuiter quãuis quod crebro conditur ictu C
Vincitur in longo spacio tamen:atq; labascit.
Nõne vides etiam guttas in saxa cadentes
Humoris longo in spacio pretondere saxa.

Ex.v.Lucretii Libro.

Quis potis est dignum pollenti pectore carmen D
Condere:pro rerum:maiestatisq; repertis.
Quisue valet verbis tantum:qui fingere laudes
Pro meritis eius:possit.qui talia nobis
Pectore parta suo:quæsitaq; præmia liquit.
Nemo(vt opinor)erit mortali corpore cretus
Nam(vt si ipsa petit maiestas cognita rerum
Dicendumst)deus ille fuit.deus inclite nemmi:
Qui princeps vitæ rationem inuenit:eam:quæ
Nunc appellatur sapientia:quiq; per artem
Fluctibus e tantis vitam:tantisq; tenebris
In tam tranquillo:& tam clara luce locauit.
Nanq; ceres fertur fruges:liberq; liquoris
Vitigeni laticem mortalibus instituisse
Cum tam biis posset sine rebus vita manere
Vt fama est aliquas etiam nunc viuere gentes
At bene non poterat sine puro pectore viui
Quo magis hic merito nobis deus esse videtur
Ex quo nunc etiam per magnas dedita gentis
Dulcia per mulcent animos solatia vitæ.
Herculis antistare autem si facta putabis
Longius a vera multo ratione ferere.
At nisi purgatumst pectus:quæ prælia nobis E
Atq; pericula sunt ingratis insinuandum.
Quantæ tum scindunt hominemq; cupidinis acres

Sollicitum curæ quantiq; perinde timores
Quid ve superbia spurcitia ac petulantia quantas
Efficiunt clades quid luxus desidiæq;
Hæc igitur qui cuncta subegerit ex animoq;
Expulerit dictis non armis nonne decebit
Hunc hominem numero diuum dignarier esse

F Principio maria & terras cœlumq; tuere
Quorum naturam triplicem tria corpora: mēmi
Tres species tam dissimiles tria talia texta
Vna dies dabit exitio multosq; per annos
Sustentata ruet moles & machina mundi

G Tenuis enim natura deum longeq; remota
Sensibus a nostris animi vix mente videtur

H Tum porro puer (vt sæuis proiectus ab vndis
Nauita) nudus humi iacet infans indigus omni
Vitali auxilio cum primum in luminis oras
Nixibus ex aluo matris natura profundit
Vagituq; locum lugubri complet vt equūst
Cui tantum in vita restet transire malorum

¶ Ad varie crescunt pecudes armenta feræq;
Nec crepitacula eis opus iest nec cuiq; adhibendast
Almæ nutricis blanda ac infracta loquela
Nec varias quærunt vestes pro tempore cœli
Deniq; non armis opus est non mœnibus altis
Quis sua tutentur quando omnibus omnia large
Tellus ipsa parit naturaq; dædala rerum

I Posterius res inuentast: aurumq; repertum
Quod facile & validis & pulchris dempsit honorē.
Diuitioris enim sectam plerumq; sequuntur
Quālibet & fortes & pulchro copore creti

K Quod si quis vera vitam ratione gubernat
Diuitiæ grandes homini sunt viuere parce

Aequo animo:neqȝ enim est vsq̃ penuria parui
Nec facilest placidam:ac pacatam degere vitam: L
Qui violat factis communia fœdera pacis:
Et si fallit enim diuum genus:humanumqȝ:
Perpetuo tamen id fore clam diffidere debet
Nunc aurum:& purpura curis M
Exercent hominum vitam belloqȝ fatigant:
Ergo hominum genus incassum.frustraqȝ laborat
Semper:& incuris consumit manibus æuum.
Nimirum:quia non cognouit:quæ sit habendi
Finis:& omnino quo accrescit vera voluptas:

Ex.vi.Lucretii Libro.

Veridicis igitur purgauit pectora dictis N
Et finem statuit torpedine:atqȝ timoris:
Exposuitqȝ bonum summum:quo tendimus omnes
Quid feret:atqȝ viam monstrauit tramite paruo.
Qua possemus ad id recto contendere cursu:
Quid ve mali foret in rebus mortalibus:atqȝ
Quod flueret naturali iure:atqȝ veniret
Seu casu:seu vi:quod sic natura parasset
Et quibus e portis occurri cuiqȝ deceret:
Et genus humanum frustra plerumqȝ probauit
Voluere curarum tristes in pectore fluctus.

Ex Libris Martialis.Ex primo.flores electi.

De Leone:qui gubernatorem offendit.

Lęserat ingrato leo perfidus ore magistrum: O
Ausus tam notas contemerare manus
Sed dignas tanto persoluit crimine pœnas
Et qui non tulerat verbera tela tulit
Quos decet esse hominum tali sub principe mores
Qui iubet ingenium mitius esse feris:

De Sue pragnante.

P O quantum est subitis casibus ingenium.

Ad Cæsarem.

Q Innocuos censura potest permittere luxus
Lasciua est nobis pagina vita proba est.

Daciani Dogma laudat.

R Quod magni traseæ: consumatiqꝫ catonis
Dogmata sic sequeris saluus vt esse velis
Pectore nec nudo strictos incurris in enses
Quod fecisse velim te: deciane facis.
Nolo virum facili redimit qui sanguine famam:
Hunc volo laudari: qui sine morte potest.

Ad Iulium.

S Non bene distuleris: videas quod posse negari
Et solum hoc ducas: quod fuit esse tuum
Expectans curæqꝫ: catenatiqꝫ labores
Gaudia non remanent sed fugitiua volant
Hæc vtraqꝫ manu: complexuqꝫ assere toto
Sæpe fluunt imo sic quoqꝫ lapsa sinu.
Non est crede mihi sapientis dicere viuam
Sera nimis vita est crastina: viue hodie.

De Prosena. Et Mutio Sceuola.

T Dum peteret regem decepta satellite dextra
Iniecit sacris se peritura focis
Sed tam sæua pius miracula non tulit hostis
Et raptum flammis iussit abire virum
Vrere quam potuit contempto mutius igne
Hanc spectare manum porsena non potuit
Maior deceptæ fama est: O, gloria dextræ:
Si non errasset fecerat illa minus.

De Gellia.

V Non luget quisquis laudari gellia quærit
Ille dolet vere: qui sine teste dolet.

Ad Liuidum.

Qui ducis vultus: & non legis ista libentes X
Omnibus inuideas liuide: nemo tibi.

De Portia.

Coniugis audisset fatum cum portia bruti y
Et subtracta sibi quæreret arma dolor.
Nondum scitis ait mortem non posse negari:
Credideram satis hoc vos docuisse patrem.
Dixit: & ardentes auido bibit ore fauillas
I nunc & ferrum turba molesta nega.

Ad Flaccum.

Illud quod medium est: atq; inter vtrumq; probamus A

Ad Liciniacum scriptores vnde.

Verona docti sillabas amat vatis. B
¶ Matrone fœlix mantua est.
Censetur apona liuio suo tellus: C
Stellaq;: nec flacco minus
Duosq; senecas: vnicumq; lucanum D
Facunda loquitur corduba.

Ad Lucium Iulium.

In steriles campos nolunt iuga ferre iuuenci E
Pingue solum lassat: sed iuuat ipse labor.

Ex.ii. Mart. Lib. In Sextum.

Rurum est sexte negare: cum rogeris. F
Quanto durius anteq rogeris.

De Cœnatione Mica.

Ipse iubet mortis te meminisse deus. G

Ad Olum.

Reges & dominos habere debet: H
Qui se non habet: atq; concupiscit:
Quod reges: dominiq; concupiscunt.

In Cosconium.

I Non sunt longa:quibus nihil est quod demere possis:
Ex.iii.Mart.Lib. Ad Ruffinum.

K Sunt tibi confiteor diffusi iugera campi
Urbaniq; tenent prædia multa lares:
Et seruit dominæ numerosus debitor arcæ:
Sustentaq; tuas aurea mensa dapes
Fastidire tamen noli ruffine minores
Plus habuit didimus.plus philomelus habet.
In Pollam.

L Quod tegitur maius creditur esse malum:
Ex.iiii.Mart.Lib. Ad Colinum.

M Si sapis:vtaris totis coline diebus
Extremumq;tibi semper adesse putes
¶ Lanificas nulli tres exorare puellas
Contigit obseruant quem statuere diem:
¶ Diuitior crispo.trasea constantior ipso
Lautior:& nitido sis meliore licet.
Nil adicit penso lachesis:fusosq; sororum
Explicat:& semper de tribus vna necat.
De Curitio.

N Nulla facta loco possis excludere:cum mors
Venerit:in medio tybure sardinia est.
In Dissimulatorem Septitianum.

O Decipies alios verbis vultuq; benigno
Nam mihi iam notus dissimulator eris:
Ex.v.Mart.Lib. Ad Regulum.

P Esse quid hoc dicam:viuis quod fama negatur
Et sua quos rarus tempora lector amat
Hi sunt inuidiæ nimirum regulæ mores
Præferat antiquos semper vt illa nouis:
In Callistratum

Q Sum fateor:semperq; fui callistrate pauper:

Sed non obſcurus nec male notus eques.
Sed toto legor orbe frequens & dicitur hic eſt:
Quodqꝫ cinis paucis :hoc mihi vita dedit.

Ad Cæſarem Domici.

Quatenus hi non ſunt.eſto tu Cæſar amicus R
Nulla ducis virtus dulcior eſſe poteſt.

Amicis eſſe donandum.

Extra fortunam eſt quicquid donatur amicis: S
Quas dederis ſolas ſemper habebis opes

Quid non cogit amor. De encolpo. T

In Poſthumum.

Quæ mihi preſtiteris memini:ſemperqꝫ tenebo V
Cur igitur taceo poſthume tu loqueris.
Incipio quotiens alicui tua dona referre
Protinus exclamat dixerat ipſe mihi
Non belle quædam faciunt:duo ſufficit vnus
Huic operi ſi vis vt loquar ipſe tace
Crede mihi quamuis ingentia poſthume dones
Autoris pereunt garrulitate ſui

Ad Poſthumum.

Cras te victurum.cras dicis poſthume ſemper X
Dic mihi cras iſtud poſthume quando venit.
Quam longe cras iſtuc vbi eſt.aut vnde petendum.
Numquid apud parthos armenioſqꝫ latet.
Iam cras iſtud habet priami vel neſtoris annos
Cras iſtud quanti dic mihi poſſet emi.
Cras viues hodie iam viuere poſthume ſerum eſt
Ille ſapit quiſquis poſthume vixit eri.

In Pontilianum.

Sæpe ſalutatus numꝗ prior ipſe ſalutes y
Sic eris æternum pontiliane vale.

Ad Aemelianum.

A Semper eris pauper si pauper es demeliane
Dantur opes nullis nunc nisi diuitibus

Ex.vi.Mart.Lib.In Marcum

B Vt prestem piladem:aliquis mihi prestet orestem
Hoc non fit;verbis marce:vt ameris ama.

In detractorem

C Audes praterea:quos nullus nouerit in me
Scribere versiculos :miseras & perdere chartas
At si quid nostr æ tibi bilis :inusserit ardor
Viuet & herebit: totoqz legetur in orbe
Stigmata nec vafra delebit cinnamus arte
Sed miserere tui rabido nec perditus ore
Fumantem nasum viui tentaueris vrsi
Sit placidus licet & lambat:digitosqz:manusqz
Si dolor & bilis :si iusta coegerit ira
Vrsus erit.vacua dentes in pelle fatiges:
Et tacitus quæras :quam possis rodere carnem

Ex.vii. Mar. Lib. De fama redditus Domi.

D Certus abest auctor:sed vox hoc nunciat omnis
Credo tibi verum dicere fama soles

Ad Licinium

E Viue velut rapto:fugitiuaqz gaudia carpe
Perdiderit nullum vita reuersa diem

In Bacch aram

F Si quid opus fuerit sis me non esse rogandum

Ex.viii.Mar.Lib.Ad Priscum

G Vxorem quare locupletem ducere nollim
Quæritis ;vxori nubere nolo meæ
Inferior matrona suo sit prisce marito
Non aliter fiunt fœmina:virqz pares

Ad Domitianum

H Principis est virtus maxima:nosse suos

Ad Cirinum

Aurum & opes: & rura frequens donauit amicus I
Qui velit ingenio credere rarus erit

Ad Cæsarem Do.

Qui fingit sacros auro: vel marmore vultus K
Non facit ille deos: qui rogat ille facit

De Columba Aretulla

Et dominum mundi flectere vota valent L

Ad Meliorem

Quod donas facis ipse blesianum M
Hoc longum tibi: vita dum manebit
Hoc & post cineres: erit tributum

Ad Titullum

Rape: congere: aufer: posside relinquendum est N

Ad Flaccum

Ingenium sacri miraris abesse maronis O
Nec quemq̄ tanta bella sonare tuba
Sint mecœnates non deerunt flacce marones
Virgiliumq; tibi: vel tua rura dabunt

In Gallicum

Dic verum mihi marce dic amabo P
Nil est quod magis audiam libenter
Oras gallice me: rogasq; semper
Durum est me tibi quod petis negare
Vero verius ergo quid sit audi
Verum gallice non libenter audis

Ex.ix.Mar.Lib.In Cantarum

DEponas animos truces monemus Q
¶ Liber non potes & gulosus esse

De Partheniana toga

Quid non longa dies quid non consumitis anni. R

In magistrum ludi

S Nam vigilare leue est:peruigilare graue

Ex.x.Mart.Lib.Ad Lectorem

T Qui legis ædipodem:caligantemqz thyestem

Colchidas:& scyllas quid nisi monstra legis.

Quid te vana iuuant miseræ ludibria chartæ.

Hoc lege quod possis dicere iure meum est

De.M.Antonio

V Ampliat ætatis spatium sibi vir bonus.hoc est

Viuere bis:vita posse priore frui

Ad.Q.Ouidium

X Gaudia tu differs:at non & stamina differt

Atropos:atqz omnis scribitur hora tibi

Ex.xi.Mart.Lib.In laudem Nerue traiani

y Tanta tibi est recti reuerentia cæsar:& æqui:

Quanta numæ fuerat:sed numa pauper erat

Ardua res hæc est:opibus non tradere mores

Et cum tot crœsos viceris:esse numam.

De Caio Proculo

z Desperasse iuuat veluti iam rupta sororum

Fila:minus gaudent:qui timuere nihil

In zoilum

A zoile quid tota gemma præcingere libra

Te iuuat:& miserum perdere sardonica

Anulus iste tuis fuerat modo cruribus aptus

Non eadem digitis pondera conueniunt

In Cheremontem

B Rebus in angustis facile est contemnere vitam

Fortiter ille facit:qui miser esse potest

Ad Seuerum

C Omnia cum tibi sint dono concessa deorum

Si quod habes non vis:ergo quid accipies

In Thelesphorum

Quid ſi me tonſor cum ſtricta nouacula ſubſit D
Tunc libertatem:diuitiaſqꝫ roget
Promittam:nec enim rogat illo tempore tonſor
Latro rogat res eſt imperioſa timor

Ad Caridemum

O quantum cogit egeſtas E

Ex.xii.Mar.Lib.De africano

HAbet africanus millies & tamen coptat F
Fortuna multis nimis dat ſatis nulli

Ad Iulium

Si vitare velis acerba quedam G
Et triſtes animi cauere morſus
Nulli te facias nimis ſodalem:
Gaudebis minus:& minus dolebis

Ad Semproniam

Accipiet olim cum te loca læta piorum H
Non erit in ſtygia notior vmbra domo

In zoilum

Crine ruber:niger ore:breuis pede:lumine læſus I
Rem magnam præſtas zoile ſi bonus es

Ad Sparſum

Numerare pigri damna quis poteſt ſomni K

Ex.M.V.M.Xenia Cygnus

DVlcia defecta modulatur carmina lingua L
Cantator cygnus funeris ipſe ſui

Ex.M.V.M.Apophoreta Pſittacus

PSittacus vobis aliorum nomina diſcam M
Hoc didici per me dicere cæſar aue
Pica loquax certa dominum te voce ſaluto Pica. N
Si me non videas:eſſe negabis auem

Vaſa Arretina

Arretina nimis ne ſpernas vaſa monemus O

Syllius Italicus

Lautus erat tuscis porsena fictilibus

Cythara

P Reddit euridicem vati sed perdidit ipse
Dum sibi non credit nac patienter amat

Idem

Q De pompeiano sæpe est electa theatro
Quæ duxit syluas detinuitq; feras

Salustius

R Hic erit vt perhibent doctorum corda virorum
Primus romana crispus in istoria

Ex Syllii Italici Libris. Ex libro. I.

Flores electi

S Primus inire manum: postremus ponere martem
T Iam tagus auratis agnoscebatur in armis
Quem postq̄ diro suspensum robore vidit
Deformen læto famulus: clam corripit ensem
Dilectum domino pernixq; irrumpit in aulam:
Atq; immite ferit geminato vulnere pectus
At pœni: succensa ira: turbataq; luctu
Et sævis gens læta ruunt: tormentaq; portant
Non ignes candensq; chalybs: non verbera passim
Ictibus innumeris lacerum scindentia corpus
Carnifice ve manus: penitusue infusa medullis
Pestis: & in medio lucentes vulnere flammæ
Cessauere: ferum visu: dictuq;: per artem
Sæuitiæ extenti quantum tormenta iubebant
Creuerunt artus: atq; omni sanguine rupto
Ossa liquefactis fumarunt feruida membris
Mens intacta manet: superat: ridetq; dolores
Spectanti similis: fessosq; labore ministros
Increpitat: dominiq; crucem clamore reposcit
V Tum pudor accendit mentem: nec conscia fallit

Virtus præssa loco

At dure inuigilant mentes mollemq; reponunt X
Noctis opus :clausos acuunt extrema pericli:
Et fractis rebus violentior vltima virtus

Ocius ite viri & nascentem extinguite flammam y
Ne seræ redeant post aucta pericula curæ

Ex.ii.Syllii Italici Libro

Heu cææ mentes :tumefactaq; corda secundis z

Ante iouem generata:decus diuumq;:hominumq;: A
Qua sine non tellus pacem non equora norunt
Iusticiæ consors :tacitumq; in pectore numen
Exitiumne tuæ dirum spectare sagunthi:
Et tot pendentem pro te dea cernere pœnas
Vrbem lenta potes .moritur tibi vulgus:& vna
Te matres vincente fame:te mœsta virorum
Ora vocant.primaq; sonant te voce minores
Fer cœlo auxilium:& fessis da surgere rebus

Hæc fatus almena. ¶ Contra cui talia virgo B
Cerno equidem:nec pro nihilo est mihi fœdera rumpi
Statq; dies ausis olim tam tristibus vltor
Sed me pollutas properantem linquere terras
Sedibus his :tectisq; Iouis succedere adegit
Fœcundum in fraudes hominum genus :impia liqui:
Et quantum terrent:tantum metuentia regna:
Et furias auri nec vilia præmia fraudum
Et super hæc ritu horrificos :ac more ferarum
Viuentis rapto populos :luxuq; solutum
Omne decus :multaq; oppressum nocte pudorem
Vis colitur:iurisq; locum sibi vendicat ensis
Et probris cessit virtus :en aspice gentes
Nemo insons :pacem seruant commertia culpæ

Ardua virtutem profert via:pergite primi C

Nec facilem populis: nec notam inuadere laudem
D Tum demum ad manes perfecto munere erymnis,
Iunoni laudata redit: magnamq; superba
Exultat rapiens secum sub tartara turbam
E At vos sidereæ: quas nulla æquauerit ætas
Ite decus terrarum animæ: venerabile vulgus
Elysium: & castas sedes decorate piorum
F Quis vero non æqua dedit victoria nomen.
Audite o gentes: neu rumpite fœdera pacis
Nec regnis postferte fidem. ¶ Vagus exul in orbe
Errabit toto: patriis proiectus ab oris:
Tergaq; vertentem trepidans carthago videbit
Sæpe saguntbinis somnos exterritus vmbris
Optabit cecidisse manu: ferroq; negato
Inuictus quondam stygias bellator ad vndas
Deformata feret liuenti membra veneno
Ex. iii. Syllii Italici Libro
G Et pace & bello cunctis stat terminus æui
H Extremumq; diem primus tulit. ¶ Ire per ora
Nomen in æternum paucis, mens ignea donat
Quos pater ætbereis celsum destinat oris
I An romana iuga: & famulas carthaginis arces
Perpetiar. stimulant manes: noctisq; per vmbras
Increpitans genitor stant are: atq; horrida sacra
Ante oculos. ¶ Breuitasq; vetat mutabilis horæ
Prolatare diem. ¶ Et qui sim nesciat omnis
Gens hominum lætiq; metu decora alta relinquam
Quantum etenim distant a morte silentia vitæ.
K Turpe duci totam somno consumere noctem
O rector lybiæ vigili stant bella magistro
L Gens ferri patiens: ac læta domare labores
Paulatim antiquo patrum desuescit honori

Aut ille haud unq̄ parcus pro laude cruoris:
Et semper famæ sitiens:obscura sedendo
Tempora agit:mutum voluens inglorius æuum
Sanguine de nostro populus:blandoq; veneno
Desidiæ virtus paulatim euicta senescit

Ex.iiii.Syllii Italici Libro

Explorant aduersa viros:perq; aspera duro M
Nititur ad laudem virtus interrita cliuo
Pelle moras breuis est magni fortuna fauoris N
Heu primæ scelerum causæ mortalibus ægris O
Naturam nescire deum. ¶ Iusta ite precati
Thure pio cœlumq; feros auertite ritus
Mite & cognatum est homini deus

Ex.v.Syllii Italici Libro

Ditissimus agri P
Occumbis generosæ volunt:nec claua repostis
Pontera thesauris patrio:nec regia quondam
Præfulgens ebore:& possessa mapalia soli
Profuerint:quid.rapta iuuant.quid gentibus auri
Nunq̄ extincta sitis.modo quem fortuna fouendo
Congestis opibus:donisq; refersit opimis
Nudum tartarea portabit nauita cymba

Ex.vi.Syllii Italici Libro

Suppremus fessi tenuis tum cessit in auras Q
Halitus:& magnam misit sub tartara mentem
Quicquid adest duri:& rerum inclinata feramus R
Talis lege deum cliuoso tramite vitæ.
Per varios preceps casus rota voluitur æui
Arripuit:traxitq; virum fax mentis honestæ S
Gloria. ¶ Et incerti fallax fiducia martis
Tum palmas simul attollens:ac lumina cœlo T
Iusticiæ:rectiq; dator:qui cuncta gubernas

Nec leuior mihi diua fides: sarranaq; Iuno:
Quos reditus testes iura mente vocaui.
Sit mihi fas me digna loqui: latiosq; tueri
Voce focos ibo ad tyrios nõ segnior inquit
Stante fide reditus: & saluo fœdere pœna
Sic nobis rerum exitio desistite honorem
Tendere: tot bellis: totq; annis fregimus æuum.
Nunc etiam vinculis: & longo carcere torpent
Captiuo in senio vires: fuit ille: nec vnq̃.
Dum fuit a duro cessauit munere martis
Regulus: exangui spectatis corpore nomen
At non cartago fraudum domus: inscia quantum
E nobis restet iuuenes parat aspera ferro
Pectora captiuos nostra pensare senecta.
Ite dolos contra gensq; astu fallere læta
Discat me capto quantum tibi roma supersit
Nec vero placeat: nisi quæ de more parentum
Pax erit: exposcunt lybici: nobisq; dedere
Hæc referanda: pari libeat si pendere bellum
Fœdere: & ex æquo geminas conscribere leges:
Sed mihi sit stygios ante interuisse penates
Talia quam videam ferientis pacta latinos
Hæc fatus tyriæ sese iam reddidit iræ.
V Præfixo paribus ligno mucronibus omnes
Armantur laterum crates: densusq; per artem
Texitur erecti: stantisq; ex ordine ferri
Infœlix stimulus: somnisq; hac fraude negatis.
Quoscūq; inflexus producto tempore tractor
Inclinauit iners fodiunt ad viscera corpus.
X Absiste o iuuenis lacbrymis patientia cunctos
Hos superat casus longo reuirescet in æuo
Gloria dum cœli sedem: terrasq; tenebit

Cassa fides: dum virtutis venerabile nomen
Viuet: eritq3 dies tua quo dux inclyte fata
Audire horrebunt a te calcata minores.
Vera ac ficta simul spargebat fama per vrbem. j
Ex.vii. Syllii Italici Libro.
Spes heu fallaces: oblitaq3 corda caducum A
Mortali quodcumq3 datur
Ad partes: latiasq3 nurus raptabat ad aras B
Cura deum: mœsto suffuse lumina vultu
Fœmineus matres graditur chorus ordine longo
Iunoni palam: conceptaq3 vota dicabant.
Nec non & proprio venerantur palada dono
Phœbumq3: armigerumq3 deum: primamq3 dionem:
Tanta adeo cum res trepidæ reuerentia diuum
Nascitur. ¶ Et rate fumant fœlicibus aræ
Arecte spes sydoniæ: feruetq3 secundis C
Fortuna iuuenis:
Moras extrema recusant. D
Dum cete inabunt ponto: dum sydera cælo E
Lucebunt: dum sol indo se littore tollet:
Hic regna & nullæ regnis per sæcula metæ:
Iamq3 hoc ne dubites longeui nate parentis F
Accipe: & æterno fixum sub pectore serua.
Succensere nefas patriæ: nec fœdior vlla
Culpa sub extremas fertur mortalibus vmbras
Sic docuere senes. ¶ Quantus: qualisq3 fuisti G
Cum pulsus lare: & extorris capitolia curru
Intrares exul tibi corpora cæsa camille.
Damnata quot sunt dextra pacata fuissent:
Ni consulta viro: mensq3 impenetrabilis iræ.
Mutassentq3 solum sceptris ænia regna:
Nullaq3 tunc stares terrarum vertice roma.

Ex.ix.Syllii Italici Libro.

H Discordia demens
Intrauit cælos: superosq; ad bella coegit.

I Stabat cum primis media certamina pugnæ
Aspera semper amans: & par cuicūq; periclo
Scevola. nec tanta vitam iam strage volebat
Sed dignum proauo lætum: & sub nomine mortem
Is postq̄ frangi res atq; augescere vidit
Exitium breuis hoc vitæ quodcumq; relictum
Extendamus ait. ¶ Nam virtus futile nomen
Ni decoris adsint patiendo tempora læti
Dixit & in medios qua dextra concita pœni
Limitem agit. vasto connixus turbine fertur.

K Velle ac nolle ambobus idem sociataq; toto
Mens æuo. ac paruis diues concordia rebus

Ex.x.Syllii Italici Libro.

L Neq; enim virtutis amorem
Aduersa exemisse valent

M Ingens ferre mala & fortunæ subdere colla
Nescius aduersa fronte incurrebat in arma
Vince tum consul: pereundi martius ardor
Atq; animos iam sola dabat fiducia mortis

N Iamq; hannibal vnus
Sat decoris laudator erat fulgentia pingui
Murice suspirans iniicit velamina & auro
Intextam clamydem, ac supremo affatur honore
I decus ausoniæ quo fas est ire superbas
Virtute & factis animas: tibi gloria læto
Iam parta insigni: ¶ Nostros fortuna labores
Versat adhuc casusq; iubet nescire futuros.
¶ Hæc libys: atq; repens crepitantibus vndiq; flammis
Aethereas anima exultans euasit in auras.

Hos mulcens quæstus Fabius deforme docebat O
Cladibus irasci. vulgumqꝫ arcebat ab ira.
Aduersis etenim frangi non esse virorum:
Qui martem inscribant genti non posse dolores
Condere: & ex pœna solatia poscere luctus.

Ex.xi. Syllii Italici Libro.

Stat nulla diu mortalibus vsqꝫ P
Fortuna titubante fides:
Quis nam mutato tantum nunc tempore credat Q
Lusus: & insanis nutrita ignauia lustris:
Consumptusqꝫ pudor peccando: vnisqꝫ relictus.
Diuitiis probrosus honor: lacerabat biantem
Desidia populum: ac resolutam legibus vrbem.
Insuper exitio truculenta superbia agebat:
Nec vitiis deerant vires: non largior vlli
Ausonia populo: sic tum fortuna fouebat.
Auri: argentiqꝫ modus: malefacta veneno
Assyrio: manibus vestis: medioqꝫ dierum
Regales epulæ: atqꝫ ortu communia solis
Deprensa & nulla macula non illita vita.
Tum populo sæui patres: plebesqꝫ senatus
Inuidia lacera & collidens disona corda
Seditio. sed enim interea temeraria pubes
Delicta augebat: pollutior ipsa senectus.
Talia iactantes iam lætam forte parabant R
Mittere quæ tyrios adiungat fœdere pubem
Sed non inuictum ponebat pectore robur
Tum solum decius capuæ decus: isqꝫ receptus
In medios cetus: neqꝫ enim diffidere dabatur.
Itis ait ciues violenda ad iura parentum
Damnatuqꝫ caput temerati fœderis aris
Iungitis hospitio: quæ tanta obliuio recti.

Magnam atq; in magnis populisq;:virisq;
Aduersam ostentare fidem.nunc tempus inire
Prælia pro rutulis :nunc signa aciemq; mouere
Dum tepideres :& medicinam vulnera poscunt
Is locus officio cum cessant prospera:cumq;
Dura ad opem fortuna vocat.nam læta fouere
Haud ꝗꝗ magni est animi decus : ¶ Hic age adeste
Nouidiis animas similes :& pectora magnis
Nunq̄ angusta malis .capiunt mihi credite cannæ
Et transmena vada:& pauli memorabile lethum
5 Iamq; diem ad metas defessis phœbus olympo
Impellebat equis :fuscabat & hesperus vmbra
Paulatim infusa properantem ad littora currum
Instituunt de more epulas :festamq; per vrbem
Regifice extructis celebrant conuiuia mensis
Ipse deum cultu & sacro dignatus honore
Præcipuis :multoq; procul splendentibus ostro
Accipitur sublime toris :non vna ministri
Turba gregis :posuisse dapes his addita cura:
His adolere focos :his ordine pocula ferre
Nec non & certis struitur penus :aspera mensa
Pondera celati fulgent antiquitus auri
Eripiunt flammæ noctem:strepituq; mouentum
Murmurat alta domus :stupet inconsuetus opimæ
Sidonius mensæ miles :faciemq; superbi
Ignotam luxus oculis mirantibus haurit.
vescitur ipse silent:& tantos damnat honores
Ipse epulis :facilesq; coli tanto agmine mensas
Donec pulsa fames :& bacchi munera duram
Laxarunt mentem:tum fronti reddita demum
Læticia:& positæ grauiores pectore curæ
Personat euboica teuthras testudine cymes

Incola: & obstusas immiti murmure sęua
Inter bella tubę permulcet cantibus aures:
Nec venerem interea fugit exoptabile tempus
Pœnorum mentes: cęco per lęta premendi
Exitio: & luxu corda importuna domādi
Spargere tela manu passim fallentia natis
Imperat: & tacitas in pectora mittere flammas
Tum pueris dulce arridens: sat improba Iuno.
Et nos (nec mirum quid enim sumus) aucta secundis
Despiciat: valet illa manu: valet illa lacertis
Paruula nos arcu puerili spicula sensim
Fundimus & nullus nostro de vulnere sanguis:
Verum agite o mea turba precor nunc tempus adeste
Et tyriam pubem: tacitis exurite telis:
Amplexu: multoq; mero: somnoq; virorum
Profliganda acies: quam non perfregerit ensis:
Non ignes non immissis gradiuus habenis
Combibat illapsos ductor per viscera luxus
Nec puderit picto fultum iacuisse cubili
Nec crinem assyrio perfundere pugnet amomo
Ille sub hyberno somnos educere cœlo
Iactator tectis malit consumere noctes
Ac ponat ritus vescendi: sępe citato
Dum resides sub caside equo: discatq; lyęo
Imbellem donare diem: tum deinde madenti
Post epulas sit grata chelys: segnisq; soporas
Haud nostro vigiles ducat sub numine noctes.
Mollitę flammis lymphę languentia somno
Membra fouent: miserisq; bonis perit horrida virtus.
Ductorem vidit libye canere inde superbas
Aonie laudes sensim testudinis orsus
Concordem cytharę mouit per carmina linguam

Vincere linquentes vitam quæ possit olores:
Atq3 hæc ex multis carpsit mollissima mensæ.
¶ Argolicis quondam populis (mirabile dictu)
Exaudita chelys lapidem testudine fœlix
Ducere: & in muros posuisse volantia saxa
Hæc Amphonio vallauit pectine thebas
Ac silice aggeribus per se scandente vocatis
Iussit in immensum cantatas surgere turres:
X Altera turbatum plectro moderata profundum
Et tenuit phocas: & in omni protea forma
Traxit: & æquoreo portauit Ariona dorso
y Namq3 chaos cæcam quondam sine sidere mollem
Non surgente die: ac mundum sine luce canebat
Tum deus vt liquidi discussit stagna profundi
Tellurisq3 globum media compage ligasset:
Vt celsum superis habitare dedisset olympum
Castaq3 saturni monstrabat sæcula patris.
z Pax optima rerum
Quas homini nouisse datum est: pax vna triumphis
Innumeris potior. pax custodire salutem:
Et ciues æquare potens
A Dum malus obtrectat facta immortalia liuor:
Nec finit adiutas ductoris crescere laudes.
Ex. xii. Syllii Italici Libro.
B Hinc vicina palus fama est acherontis ad vndas
Pandere iter: cæcas stagnante voragine fauces
Laxat: & horrandos aperit telluris hiatus:
Interdumq3 nouo perturbat lumine manes
C Soluitur omne decus lœto: niueosq3 per artus
It stygius color & formæ populatur honores
Ambrosiæ cecidere comæ: violataq3 ceruix
Marmoreum in iugulum collo labente recumbit.

Haud secus oceano rediens cythereius ignis
Cum sese veneri iactat splendore refecto.
Si subita inuadat nubes hebetatur in atris
Decrescens tenebris languentia lumina condit.
Sed enim non fœmina cessit D
Mente æquare viros & laudis poscere partem
Omnis per sese portans capitisq; manusq;
Antiquum decus: ac direpta monilia collo
Certatim matrona ruit: belloq; ministrant.
In medium certamine magno
Priuatæ cumulantur opes: nudare penates
Ac nihil arconos vitæ melioris ad vsus
Seposuisse iuuat. coit & sine nomine vulgus:
Corpore sic toto ac membris roma omnibus vsa.
Exangues rursus tollebat ad æthera vultus.
Diis vota: precesq; E
Ferte modo: & tepidos aris libate cruores
Neu date terga malis
Sed enim ante omnes altaria fument
Perge age: vince omne miles virtute laborem F
Et quantum humani possunt se tendere passus:
Arduus a scelera.

Ex.xiii. Syllii Italici Libro.

Vos occulta subit passim diffusa per aures G
Fœdera mortales ne sæuo rumpite ferro:
Sed castam seruatæ fidem: fulgentibus ostro:
Hæc potior regnis. ¶ Dubio qui frangere rerum
Gaudebit pacta: ac tenues spes linquet amici.
Non illi domus: aut coniunx aut vita manebit
Vnq̃ expers luctus: lacbrymæq;: aget æquore semper
Ac tellure premens: aget ægrum nocte dieq;
Despecta: ac violata fides:

H Tum iuuenis quæcunq; datur sors durior aui
Obnitemur ait:culpa modo pectora cessent
I Siste inclyta virgo
Paulisper gressum:& nobis manesq; silentum
Enumera:stygiasq; aperi formidinis aulam
Annuit illa quidem:sed non optanda recludis
Regna ait:hic tenebras agitãt: volitãtq; p vmbras
Innumeri quondam populi:domus omnibus vna
In medio vastum late se tendit inane
Huc quicquid terræ quicquid freta & igneus æther
Nutriuit primo mundi genitalis ab æuo
Mors communis agit:descendunt cuncta:caputq;
Campus iners quantum interiit:restatq; futurum
K Tum seducta loco:& laxata lucida nocte
Claustra nitent:quæ secreti per limitis vmbram
Elysios ducunt campos:hic turba piorum
Nec stygio in regno cæli nec posta sub axe
L Verum vltra oceanum. ¶ Sacro contermina fonti
Lætheos potant latices obliuia mentis
Extrema:hinc auro fulgens iam lucis honorem
Sentit,& admoto splendet ceu sydere lunæ
Hac animæ cælum repetunt. ac mille peractis
Oblite ditem redeunt in corpora lustris
M Has inter formas coniunx Iunonis auernæ
Suggestu residens cognoscit crimina regum
Stant vlcti:seroq; piget sub iudice culpæ.
Circum errant furiæ pœnarumq; omnis imago
Quam vellent nunq̃ sceptris fulsisse superbis
Insultant duro imperio:non digna nec æqua
Ad superos passim manes:quæq; ante profari
Non licitum viuis:tandem permissa queruntur
Tunc alius sæuis religatur rupe cathenis

Ast alius subigit saxum:perq; ardua montis
Vipereo domat hunc æterno megera flagello:
Talia lætiferis restant patienda tyrannis
Verum age nate tuos ortus:ne bella pauescas N
Vlla nec in cœlum dubites te tollere factis
His alacer colla amplexu materna petebat: O
Vmbraq; ter frustra per inane petita fefellit
Ipsa quidem virtus sibimet pulcherrima merces P
His læti rediere duces loca amœna piorum Q
Nunc meritum sæua Brutum immortale securi
Nomen nunc superis æquantem laude Camillum
Nunc auro Curium nonnunq cernit amicum
Tulit ille ruentem R
Tybridis in ripas:regem solusq; reuulso
Ponte:ferox ponte exclusit redeuntia regna
Ille sub hæc turpis lenti solertia martis S
Audendo bella expedias:pigra extulit astris
Haud sese virtus:tu magna gerendi
Præcipita tempus mors atra impendit agenti
Meruit deus esse videri T
Et fuit in tanto non parium pectore numen
Carmine complexus terram:mare sydera manes
Et cantu musas:O phœbum æquauit honore
Ecce pudicitiæ latium decus inclyta læti V
Fert frontem atq; oculos terræ lucretia fixos
Non datur heu tibi roma:nec est quod male deceret
Hanc laudem retinere diu. ℂ Virginia iuxta X
Cerne cruentato vulnus sub pectore seruat
Tristia defensi ferro monumenta pudoris
Et patriam laudat miserando in vulnere dextram
Cum subito aspectu turbatus scipio poscit y
Quæ pœnæ causa:O qui sunt in crimine manes

Tum virgo: patrios fregit quæ curribus artus
Et stetit adductis super ora trementia frenis
Tulia: non vllos satis exhaustura labores:
Ardenti phlegetonte natat: fornacibus atris
Fons rapidus furit: atq; vstas sub gurgite cautes
Egerit: & scopulis pulsat flagrantibus ora

A Illa autem quæ tondetur præcordia rostro
Alitis: in quantum resonat plangentibus alis
Armiger ad pastus rediens Iouis: hostibus arcem
Virgo immane nefas adamato prodidit auro
Tarpeia: & pactis reserauit claustra sabinis

Ex.xv. Syllii Italici Libro

B Cum subito assistunt dextra: leuaq; per auras
Allapsæ haud paulum mortali maior imago
Hinc virtus: illinc virtuti inimica voluptas
Altera achemenium spirabat vertice odorem
Ambrosias diffusa comas: & veste refulgens
Ostrum qua fuluo tyrium suffuderat auro:
Fronte decor quæsitus acu: lasciuaq; crebras
Ancipiti motu iacebant lumina flammas
Alterius dispar habitus: frons hirta: nec vnq̃
Composita mutata coma stans vultus in ore.
Incessuq; viro proprior lætiq; pudoris
Celsa humeros niueæ surgebat stamine pallæ

C Occupat inde prior promissis fixa voluptas
Quis furor hic non digne puer consumere bello

Florem æui

Moneo certare periclis
Desine & armisonæ caput obiectare procellæ
Ni fugis hos ritus virtus te sæua iubebit
Per medias volitare acies mediosq; per ignes
Hæc patrem patruumq; tuos hæc prodiga paulum

Hæc declos stygias berebi detrusit ad vndas:
Dum cineri titulum:memorandaqȝ nomina bustis
Prætendit:nec sensuræ quid gesserit vmbræ.
At si me commiteare puer non limite duro
Iam tibi decurret concessi temporis ætas
Haud vnq̄ trepidos abrumpet buccina somnos:
Sed current albusqȝ dies:boræqȝ serenæ:
Et molli dabitur victu sperare senectam.
Huc aduerte aures:currit mortalibus æuum: D
Nec nasci bis posset datur:fugit bora:rapitqȝ
Tartareus torrens:ac secum ferre sub vmbras.
Si qua animo placuere negat:quis luce suprema
Demisisse meas sero non ingemit boras.
Postq̄ conticuit:finisqȝ est addita dictis E
Tunc virtus quas nam iuuenem florentibus inquit
Pellicis in fraudes annis:vitæqȝ tenebras.
Cui ratio & magnæ cælestia semina mentis
Munere sunt concessa deum mortalibus alti
Quantum cælicolæ tantumdem animalibus isti.
Præcellunt cunctis tribuit namqȝ ipsa minores
Hos terris natura deos. ¶ Sed fœdere certo
Degeneres tenebris animas damnauit auernis
¶ At qui atberei seruatur seminis ortus
Cæli porta patet.
Nonne vides hominum vt celsos ad sydera vultus F
Sustulerit deus. ac sublimia finxerit ora
Cum pecudes:volucrumqȝ genus:formasqȝ ferarum:
Segnem:atqȝ obscenam passim strauisset in aluum
Ad laudes genitum capiat si munera diuum G
Fœlix ad laudes bominum genus. ¶ Huc age paulum
Aspice:nec longe repetam:modo roma minanti
Impar fidenæ:contentaqȝ crescere asylo:

H Quo sese extulerit dextris. ¶ Inde aspice late
Florentes quondam luxus quas verterit vrbes
Quippe nec ira deum tantum: nec tela: nec hostes
Quantum sola noces animis illapsa voluptas
¶ Ebrietas tibi fida comes: tibi luxus & atris
Circa te semper volitans infamia pennis
I Mecum honor: & laudes: & læto gloria vultu
Et decus & niueis victoria concolor alis
Me cinctus lauro perducit ad astra triumphus
Casta mihi domus: & celso stant colle penates
K Ardua saxoso perducit semina cliuo
Aspera principio nec enim mihi fallere mos est
Prosequitur labor: admittendum intrare volenti
Nec bona conscendunt quæ sors infida dedisset
Atq; eadem rapuisse valet: mox celsus ab alto
Infra te cernes hominum genus: omnia contra
Experienda manent: quam spondet blanda voluptas
Stramine proiectus duro patiere sub astris
Insomnes noctes: frigusq; famemq; domabis
Idem iusticiæ cultor: quæcunq; capesses
Testes factorum stare arbitrabere diuos
L Hinc tibi non tyrio vitiatas murice vestes
Nec domum deforme viro flagrantis amomi:
Sed dabo qui vestrum sæuo nunc marte fatigat
Imperium superare manu: laurumq; superbam
In gremio Iouis excisis deponere pœnis
M Quæ postquam cecinit sacrato pectore virtus:
Exemplis lætum: vultuq; audita probantem
N Conuertit iuuenem. ¶ Sed enim indignata voluptas
Non tenuit voces: nil vos iam demoror vltra
Exclamat venient: venient mea tempora quondam
Cum docilis nostris magno certamine roma

Seruiet imperiis: & honor mihi habebitur vnl
At iuuenis plenus monitis ingentia corde O
Mollitur: visque calet virtutis amore
Ardua rostra petit nullo fera bella volente
Et grauia ancipitis deposcit munera martis
Quin etiam acceitus populi regnator iberi P
Cui sponsa: & sponsae defixus in ossibus ardor
Hanc notam formae concessit laetus iouansque
Indelibata gaudenti virgine donum
Magnanima inuidia virtus caret: Q
Prodigere in bellum facilis praemissa feroces R
Augebant animos argenti pondera: & auri
Compressit lacbrymas poenus minuitque ferendo S
Constanter mala
Ex.xvi. Syllii Italici Libro
Mente fauete pari: atque aures aduertite vestras T
Quid iam non regebui ausum V
Aut quod iam regni restat scelus. Impia circa
In numero fratres cauea damnante furorem
Pro sceptro armatis inierunt praedia dextris
Is genti mos durus erat patriumque petebant
Orbati solium lucis discrimine fratres
Ex Eiusdem Lib.xvii.
Tum puppe e media magno clamore sacerdos X
Parcite pollutis contingere vincula palmis
Et procul hinc moueo: procul hinc quaecumque profane
Ferte gradus nec vos casto miscete labori
Dum satis est monuisse deae: quod siqua pudica
Mente valet si qua illesi sibi corporis astat
Conscia: vel sola subeat pia munera dextra
Hic prisca ducem clausorum ab origine nomen y
Claudia: non aqua populi male credita fama

In puppim versis palmisq; oculisq; profatur
Cœlicolum genitrix numenq; quod numina nobis
Cuncta creas: cuius proles terramq; fretumq;
Sydereaq; & manes regnorum sorte gubernat
Si nostrum nullo violatum est crimine corpus
Testis diua veni: & facili me absolue carina
Tum secura capit funem: fremitusq; leonum
Audiri visus subito, & grauiora per auras
Nulla pulsa manu sonuerunt tympana diuæ
Fertur prona ratis: ventos impellere credas
Contraq; aduersas ducentem præuenit vndas
A O dirum exitium mortalibus o nihil vnq;
Crescere: nec magnas patiens exurgere laudem Inuidia
Ex Libris Statii Thebais. Ex Lib. i. Flo. electi
B Protinus attoniti fratrum sub pectore motus
Gentilesq; animos subiit furor egraq; latis
Inuidia atq; parens odii metus inde regendi
Seuus amor rupteq; vices iurisq; secundi
Ambitus impatiens & summo dulcius vnum
Stare loco sociisq; comes discordia regnis
Sic vbi delectos per torua armenta iuuencos
Agricola imposito sociare affectat aratro
Illi indignantes quis nondum vomere multo
Ardua nodosos ceruix descendit in armos
In diuersa trahunt atq; æquis vincula laxant
Viribus: & vario confundunt limite sulcos
Haud secus indomitos preceps discordia fratres
Asperat alterni placuit sub legibus anni
Exilio mutare ducem sic iure maligno
Fortunam transire iubent vt sceptra tenentem
Fœdere precipitē semper nouus augeret heres
Hæc inter fratres pietas erat hæc mora pugnæ

Sola:nec in regem perduratura secundum
Et nondum crasso loquearia fulta metallo
Montibus aut alte grais effulta nitebant
Atria congestos satis explicitura clientes
Non impacatis regum aduigilantia somnis
Pyla.nec alterna ferri statione gementes
Excubias:nec cura mero coniungere gemmas.
Atqz aurum violare cibis sed nuda potestas
Armauit fratres pugna est de paupere regno
Spes anxia mentem
Extrahit:& longo consumit gaudia voto C
Ex.ii.Statii Thebais Lib.
Nec liuida tabes
Inuidiæ functis ꝙꝙ etiam lumine cassis D
Defuit.vnus ibi ante alios cui leua voluntas
Semper & ad superos hinc & grauis exitus aui
Insultare malis rebusqz egrescere latis
Hoc vt fama loco pallentes deuius vmbras E
Trames agit:nigriqz Iouis vacua atria ditat
Mortibus.archadii perhibent si vera coloni
Stridor ibi.& gemitus pœnarum atroqz tumultu
Feruet ager:sæpe eumenidum vocesqz:manusqz
In medium sonuere diem.lætiqz triformis
Ianitor agricolas campis auditus abegit
Exedere animum dolor iraqz demens F
¶Et qua non grauior mortalibus addita cura
Spes vbi longa venit
Solue metus animo dabitur(mihi crede)merentum G
Consiliis tranquilla dies
Pone modum lætis satis ostro diues & auro H
Conspicuus:tenuem germani pauperis annum
Risisti moneo regnorum gaudia temet

Dedoces: patiesq; fugæ mereare reuerti:
I O cæca nocentium
Consilia o semper timidum scelus:
Ex Statii Thebais. Lib. iii.
K Inuigilant animo: sceletisq; parati
Supplicium exercent curæ. ¶ Tunc plurima versat
Pessimus in dubiis augur timor.
L Quid crastina volueret ætas
Scire nephas homini:
M Deus ecce furentibus obstat.
Ex Eiusdem. iiii.
N Tartaree sedes: & formidabile regnum
Mortis inexplete tuq; o seuissime fratrum
Cui seruire dati manes: æternaq; fontum
Supplicia: atq; imi famulantur regia mundi
Soluite pulsanti loca muta
Audiris genitor vulgusq; exangue propinquat
Panditur elysium chaos: et telluris operte
Dissilit umbra capax: siluæq;: & nigra patescunt
Flumina: liuentes acheron eiectat harenas
Fumidus atra vadis phlegeton incendia voluite
Et stix discretis interflua manibus obstat.
t Ipsum pallentem solio: circumq; ministras
Funestorum operum eumenides: stygiaq; seueros
Iunonis thalamos: & mæsta cubilia cerno
In speculis mors atra sedet: dominoq; silentes
Adnuerat populos: maior supereminet ordo.
O Arbiter hos dura versat cortinius vrna
Vera minis poscens agitq; expromere vitas
Vsq; retro: & tandem pœnarum lucra fateri.
P Quis enim remeabile saxum
Fallentesq; lacus: tytionq; alimenta volucrum

Et caligantem longis Ixyona giris Nesciat.

Ex.v.Statii Thebais Lib.

Diis visum turbare domos.nec pectora culpa Q
Nostra vacant:nullos veneri sacrauimus ignes
Nulla deæ sedes :mouet & cœlestia quondam
Corda dolor lentoq; irrepunt agmina pœnæ
Talia cernenti.mihi quantus in ossibus horror: R
Quis ve per ora color.qualis cum cerua cruentis
Circuuenta lupis :nullum cui pectore molli
Robur:& inuolucri tenuis fiducia cursu
Præcipitat suspensa fugam:iam iamq; teneri
Credit:& elusos audit concurrere morsus.
Niger omnibus aris S
Ignis:et in nullis spirat deus integer extis
Cuncta hæc superum demissa suprema T
Mente fluunt.

Ex.vi.Statii Thebais Lib.

Pulchrum est.vitam donare minori. V

Ex.vii.Eiusdem.

Nec laudare satis:dignasq; rependere grates A
Sufficiam:referent super.

Ex.viii.Statii Thebais Lib.

Forte sedens media regni infelicis in arce B
Dux herebi:populos poscebat crimina vitæ:
Nil hominum miserans iratusq; omnibus vmbris.
Stant furiæ circum:variæq; ex ordine mortes
Sæuaq; multisonas exertat pœna cathenas.
Fata ferunt animas :et eodem pollice damnant.
Si decidit hostis C
Ire super satis est:vitamq; relinquere victo
Omne homini natale solum D

Ex.ix.Eiusdem.

Mille modis læti miseris mors vna fatigat.

Ex Eiusdem.x.

F Nec habent extrema pudorem.

G Rara dari:terrisqꝫ solet contingere virtus:

H Dant clara meanti
Astra locum:

I Ille monet:ne frena animo permittere calenti
Da spatium:tenuemqꝫ mora:male cuncta ministrat
Impetus:hoc ora munus concede parenti.

Ex.xi.Statii Thebais Libro.

K Adde moram sceleri:& metire quod audes.

L Nondum ille peractis
Manibus vltrices animam seruabat in iras
Vtqꝫ superstantem pronumqꝫ in pectore sensit
Erigit occulte ferrum:vitæqꝫ labantis
Reliquias tenues odio suppleuit:& ensem
Iam lætus fratri frater sub corde reliquit:

M Ite truces animæ:funestaqꝫ tartara læto
Polluitæ:& cunctas herebi consumite pœnas.

Ex Eiusdem.xii.

N Nulla autem effigias:nulli commissa metallo
Forma dei:mentes habitare:& pectora gaudet.

O Semper habet trepidos:semper locus horret egenis
Cetibus. ¶ Ignotæ tantum fœlicibus aræ.

Ex Statii Syluarū Libris. Ex.i.Flores electi.

Soteria pro Rutilio Gallico.

P ESt is io superi.nec inexorabile cloto
Voluit opus:videt alma pios astrea. Iouiqꝫ
Conciliata cadit:dubitataqꝫ sydera cernit
Gallicus:es cœlo:diis es germanice cordi.

Q Qua nunc tibi pauper acerta
Digna litem.nec si vacuet menania valles:

Aut præstent niueos clitūna noualia tauros
Sufficiam: sed sæpe deis hos inter honores
Cespes & exiguo placuerunt farra salino.

Ex.ii. Syluarū Lib. Epicediū in Glauciā melioris:

Hic finis rapto quin tu iam vulnera sedes R
Et tollis mersum luctu cuput omnia functa
Aut moritura vides: obeunt noctesq3 diesq3
Astraq3: nec solidis prodest sua machina terris.
Nam populus mortale genus: plebisq3 caducæ
Quis fleat interitus. hos bella: hos æquora poscunt:
His amor exitio. furor his: & sæua cupido.
Vt sileam morbos: hos ora rigentia brumæ
Illos implacido lætalis syrius igni.
Hos manet imbrifero pallens autumnus hiatu.
Quicquid habet ortus finem timet. ibimus omnes
Ibimus immensis vrnam quatit Aecus vmbris.
Ast hic quem geminus fœlix: hominesq3: deosq3
Et dubios casus: & cæcæ lubrica vitæ
Effugit immunis fati: non ille rogauit
Non timuit: meruit ve mori. Nos anxia plebes:
Nos miseri: quibus vnde dies suprema: qui aui
Exitus incertum: quibus instet fulmen ab astris
Quæ nubes fatale sonent: nil flecteris istis.
Sed flectere libens

Surentinum Pollii.

Viue midæ gazis: & lydo ditior auro S
Troica & euphratis supra diademata fœlix:
Quem non ambigui fasces: non mobile vulgus:
Non leges: non castra tenent: qui pectore magno
Spemq3: metumq3 domas: vitio sublimior omni
Exemptus fatis: indignantemq3 refellis
Fortunam: dubio quem non in turbine rerum

Statius.
Deprendet suprema dies, sed abire paratum
Ac plenum vita. ¶ Nos vilis turba caducis
Deseruire bonis, semperq; optare parati.
Spargimur in casus, celsa tu mentis ab arce
Despicis errantes, humanaq; gaudia rides
At nunc discussa rerum caligine, verum
Aspicis, illo alii rursus iactantur in alto.
At tua securos portus, blandamq; quietem
Intrauit non quassa ratis, sic perge, nec vnq;
Emeritam in nostras pupem demitte procellas.
T Discite securi quorum de pectore mixtæ
In longum coiere faces, sanctusq; pudicæ
Seruat amicitiæ leges amor.
Arbor Atedii melioris.
V Tu cuius placido posuere in pectore sedem
Blandus honos, hilarisq; tamen cum pondere virtus
Cui nec pigra quies nec iniqua potentia nec spes
Improba, sed medius per honesta et dulcia limes
Incorruptæ fidem, nulloq; experte tumultus
Et secret, palam, qui digeris ordine vitam.
Idem auri facilis contemptor et optimus idem
Comere diuitias, opibusq; immittere lucem.
Hac longum florens animi morumq; iuuenta
Illiacos æquare senes: & vincere persta
Psitacus melioris
X Psitace dux volucrum: domini facunda voluptas
Humanæ solers imitator psitace linguæ
y Senio: nec fessus merti
Scandit odoratos phœnix fœlicior ignes.
Genethliacon. Lucani.
z O sæuie nimium graues q; parcæ
O nunq; data festa longa summis

Cur plus ardua casibus patetis
Cur saua vice: magna senescunt
Secure procul hinc abite mortes A
Hæc vite genialis est origo
Cedat luctus atrox: geniisq; manent
Iam dulces lachrymæ: dolorq; fessus
Quicquid fleuerat ante: nunc adoret.
Ex.iii.Syluarū Lib. Lachrymæ Etrusci.
Pater est qui fletur: adeste B
Diisq;: hominesq; sacris procul hinc procul ite nocentes
Si cui corde nephas tacitum fessiq; senectus
Longa patris si quis pulsata conscius vnq;
Matris: et inferna rigidum timet Aeacon vrna
Insontes castosq; voco
Quid enim terrisq;: poloq;. C
Parendi sine lege manet. vice cuncta geruntur
Alternisq; premunt propriis sub regibus omnis
Terra: premit fœlix regum diademata roma.
Hanc ducibus frenare datum: mox crescit in illos
Imperium superis. ¶ Sed habent & numina legem
Seruit & astrorum velox chorus & vaga seruit
Luna nec iniussæ toties redit orbita lucis.
Fœlix o si longa dies si cernere vultus D
Natorum viridisq; genas tibi iusta dedissent
Stamina sed media cecidere abrupta iuuenta
Gaudia florentesq; manu scit attropos annos
Qualia pallentes declinant lilia culmos
Albentesq; rosæ primos moriuntur ad austros
Aut vbi verna nouis expirat purpura pratis
Ad manes ingrate fugis nec flectere pacas E
Aut placate malæ datur aspera numina lathes.
Ad Claudiam vxorem.

F Isset ad illicitas (quid enim deterret amantes)
Penelope gauisa domos si passus vlyxes.

G Pax secura locis: & desidis ocia vitæ:
Et nunquam turbata quies: somniq; parati.
Nulla foro rabies: aut scita lygurgia leges
Morum iura viris: solum: & sine fascibus æquum.

Ex. iiii. Syluarū Lib. Epulū Domit. Eucharisticon.

H Qua celebrem mea vota lyra. Quas soluere grates
Sufficiam. non si pariter mihi vertice læto
Nectat odorata: et smirna: & mantua laurus
Digna loquar.

Ad Marcellum.

I Nostra fatiscit:
Laxatur chelys: vires instigat alitq;
Tempestiua quies: maior post ocia virtus.
Talis cantata briseide venit achiles
Acrior: & positis erupit in hectora plectris.

Hercules vindicis epitrapezios:

K Ha miseri: quos nosse iuuat: quid phasidis ales
Distet ab hiberna rhodopes grue: quis magis anser
Exta ferat cur tuscus aper generosior vmbro.
Lubrica qua recubent conchilia mollius alga.
Nobis verus amor medioq; helicone petitus
Sermo hilaresq; ioci brumalem absumere noctem
Suaserunt mollemq; oculis expellere somnum.

Ex. v. Syluarū Lib. Abascātii in Priscillā pietas

L Sera quidem tanto struitur medicina dolori.
Altera cum volucris phœbi rota torqueat annum.
Sed cum plaga recens & adhuc in vulnere primo
Nigra domus questu miseramq; accessus ad aurem
Coniugis orbati. tunc flere & scindere vestes
Et famulos lassare greges & vincere planctus.

Fataqз & iniustos rabidis pulsare querelis
Cælicolas solamen erat licet ipse leuandos
Ad gemitus syluis comitatus & amnibus orpheus
Aforet atqз omnis pariter matertera vatem
Omnis apollineus tegeret bacchiqз sacerdos
Nil cantus nil fila deis pallentis auerni
Eumenidumqз audita comis mulcere valerent
Tantus in attonito regnabat pectore luctus.
Laudentur proauis seu pulchro munere formæ M
Quæ morum caruere bonis falsoqз potentes
Laudis agent veræ tibi q̄q̄ et origo niteret
Et fœlix species multumqз optanta maritis
Ex te maior honos vnum nouisse cubile.
Vnum secretis agitare sub ossibus ignem.
Illum nec phryzius vitiasset raptor amorem
Dulichiine proci nec qui fraternus adulter
Casta Myceneo connubia polluit auro.
Si babylonis opes lydæ si pondera gazæ
Indorumqз dares serumqз arabumqз potentes
Diuitias mallet cum paupertate pudica
Intemerata mori vitamqз rependere famæ
Nec frons triste rigens nimiusqз in moribus horror
Sed simplex hilarisqз fides et mixta pudori
Gratia quod si anceps metus ad maiora vocasset
Illa vel armiferas pro coniuge læta cateruas
Fulmineosqз ignes mediisqз pericula ponti
Exciperet melius quod non aduersa probarunt
Vidit qui cuncta suorum N
Nouit et inspectis ambit latus omne ministris
Nec mirum videt ille ortus obitusqз quid arctos
Quid boreas hibernus agat ferriqз togæqз
Consilia atqз ipsam mentem probat

O Qualem te superi priscilla: hominesq; benigno
Aspexere die: cum primum ingentibus actis
Admotus coniunx: vicisti gaudia cana
Non tamen hic cunctata quies: p. obitasue secundis
Intumuit: tenor idem animo: moresq; modesti
Fortuna crescente manent:
P Quis nam impacata consanguinitate ligauit
Fortunam: inuidiamq; deus. quis iussit iniquas
Aeternum bellare deas. nullam ne notauit
Illa domum: toruo quam non hæc lumine figat
Protinus & sæua perturbet gaudia dextra
Florebant hilares: inconcussiq; penates
Nil mæstum: quid enim quamuis infida: leuisq;
Cæsare tam dextro posset fortuna timeri:
Inuenere viam liuentia fata: piumq;
Intrauit vis sæua larem: sic plena maligno
Affantur iumenta noto: sic alta senescit
Imbre seges nimio: rapidæ sic obuia puppi
Inuidet: & velis adnubilat arua secundis
Q Carpitur eximium fato priscilla decorem
Qualiter alta comam syluarum gloria pinus
Seu Iouis igne malo: seu iam radice soluta
Deficit: & nulli spoliata remurmurat auræ
R Quid probitas aut casta fides. quid numina prosunt
Culta deum. furuæ miseram circumundiq; læti
vallauere plagæ: tenuantur dura sororum
Licia & exacti superest pars vltima fili
Nil famuli cœtus: nil ars operosa medentum
Auxiliata malis
S Heu durus fati tenor: est ne quod illi
Non liceat. quante poterant mortalibus annis
Accessisse moræ: si tu pater omne teneres

Arbitrium: et caco gemeret mors clausa baratro
Longius & vacuæ posuissent stamina parcæ
Parce precor lacbrymis: sæuo nec comite plantu T
Pectora: nec crucia fugientem coniugis vmbram
Sic ego nec forias: nec deteriora videbo
Tartara: & belysias fœlix admittar ad oras

Protrepticon ad Crispinum

Quem non corrumpit pubes efrena: nouæq; V
Libertas properata togæ. ceu nescia falcis
Sylua comas tollit fructumq; expirat in vmbras
Mortalia quisquis X
Pectora sero videt: nec primo in limine sistit
Conatus scelerum: atq; animos infanda parentes
Excitat illa die sæuo

Ex Libro.i. Satii. Acbilleidos

SE pete dardanias frustra tbeti mergere puppes Y
Fata vetant: ratus ordo deis miscere cruentas
Europæq; asiæq; manus: consultaq; bella
Iuppiter: & tristes edicit cedibus annos
Nec latet baustus amor: sed fax vibrata medullis Z
In vultus atq; ora redit: lucemq; genarum
Tingit: & impulsum tenui sudore pererrat

Ex.C.valerii Flacci Argonauticon Libris Ex.i. flo.ele.

HI qua operii tanti domino consurgere ponto A
Fama queat: tu sola animos mentemq; peruris
Gloria te viridem videt: immunemq; senectæ
Phasidis in ripa stantem: iuuenesq; vocantem
Vix ea fatus erat. iungit cum talia ductor B
Aesonius: superum quando consulta videtis
O socii: quantisq; datur spes maxima cœptis
Vos quoq; nunc vires: animosq; afferte paternos
¶ Non mibi tbessalici impietas culpanda tyranni

Suſpectiue doli:deus hæc deus homine dextro
Imperat ipſe ſuo voluit commertia mundo
Iuppiter:& tantos hominum miſcere labores
Ite viri mecum:dubiiſq; euincite rebus
Quæ meminiſſe iuuet:noſtriſq; nepotibus inſtent
C Tum genitor:vetera hæc nobis:& condita pergunt
Ordine cuncta ſuo:rerumq; a principe curſu Fixa manent
D Tendite in aſtra viri mea primum regia mundo
Iapeti poſt bella trucis:phlegræq; labores
Impoſuit durum vobis iter & graue cœli
Inſtituit ſic ecce meus ſic orbe peracto
Liber & expertus terras remeauit apollo
E Ingenti iacet ore chaos quod pondere feſſam
Materiam:lapſumq; queat conſumere mundum
Hic geminæ æternum portæ:quarum altera dura
Semper lege patens populos:regeſq; receptat
F Aſt aliam tentare nephas:& tendere contra:
Rara:& ſponte patet:ſi quando pectore ductor
Vulnera nota gerens galeis præfixa:rotiſq;
Cui domus aut ſtudium mortales pellere curas
Culta fides:longeq; metus:atq; ignota cupido
Seu venit in vittis:caſtaq; in veſte ſacerdos
Quos omnes lenis plantis:& lampada quaſſans
Progenies athlantis agit lucet via late
Igne de[illegible]:donec ſyluas:& amœna piorum
Deueniant campoſq; vbi ſol totumq; per annum
Durat aprica dies:thyaſiq;:choriq; virorum
Carminaq; & quorum populis iam nulla cupido

Ex.ii.C.V.Flacci Lib.

G Hæc vbi dicta dedit:cereris tum munere feſſas
Reſtituunt vires & parco corpora baccho
H Stabilem quando optima facta

Dant animum:maiorq; piis audatia cœptis

Ex.iii.C.V.Flacci Lib.

Illi autem neq; adhuc gemitus:neq; conscia facti I
Ora leuant:tenet exangues rigor horridis artus
Rerum labor omnis in auras K
Soluitur:& celsis collucent equora flammis
Hoc vplucrumq; minæ:præsagaq; flumina longo
Acta mari tulerant. ¶ Sed quis non prima refellat
Monstra deum longosq; sibi non auguret annos
Bis zephiri iam vela vocant:fiducia mœstis L
Nulla viris:ægro:assidue mens carpitur estu
¶ Ipse etiam æsonides:quãquã tristissima rerum
Castiganda duci:vultuq; præmenda sereno
Dulcibus indulget lacbrymis:aperitq; dolorem
Dicam ait:ac penitus causas labemq; docebo M
Mopsus ad astra tuens nam si mortalia membra
Sortitusq; breues:& parui tempora fati
Perpetimur:socius superi quondam ignis olympi
Fas ideo miscere neces:ferroq; morantes
Exigere hinc animas:redituraq; semina cælo
Quippe nec inuentos:nec in vltima soluimur ossa
Ira manet:duratq; dolor. ¶ Cum deinde tremendi
Ad solium venere iouis:quæstuq; nefandam
Edocuere necem. ¶ Patet olis ianua lethi:
Atq; iterum remeare licet comes vna sororum
Additur:& pariter terras:atq; æquora lustrant
¶ Quisq; suos sontes:inimicaq; pectora pœnis
Implicat.& varia meritos formidine pulsant
At quibus inuita maduerunt sanguine dextræ
Si/sors sæua tulit miseros vel proxima culpa:
Hos variis mens ipsa modis agitet:sua carpunt
Facta viros resides etiam nil amplius ausi

In lacbrymas: humilesq; metus: ægramq; fatiscunt Segnitiem
O Ensifer hic: astraq; sedens in veste celeruus
Insontes errore luit. culpamq; remittens
Carmina turbatos voluit placantia manes
Ex. iiii. C. V. Flacci Libro
P Surge age: & induris aut vnq; deficie cælo
Mox aderis: teq; astra ferent. ¶ Tu semper amoris
Sis memor: & cari comitis ne abscedat imago
Q Bebricas extemplo spargit fuga: nullus adempti
Regis amor montem celeres: syluamq; capescunt
R Sed te non animus: nec solis viribus æquum
Credere sæpe acri potior prudentia dextra
S Ipse per arma volans: te per iuga summa carinæ
Hortatur supplexq; manus intendit Iason
Nomine quemq; premens vbi nunc promissa superba
Ingentesq; minæ mecum quibus ista secuti
Idem animi certe viso timor omnibus antro
Pertulerat stetimus; tamen. ¶ Et deus affuit ausis
Quin iterum idem aderit credo deus
Ex. v. C. V. Flacci Libro
T Territat ante monens semper deus & data seri
Signa mali
V Nec vulgi cura tyranno
Dum sua sit modo tuta salus
X Nox hominum genus & duros miserata labores
Retulerat fessis optata silentia terris
y Rebus semper pudor absit in arctis
A Alcidem sthelleno ipse satus tamen aspera regum
Perpetimur iuga nec melior parere recuso
B Est amor & rerum cunctis tutela suarum
Ex. vi. Eiusdem.
C Nulla cælum reparabile gaza

Ex.vii.Eiusdem

Noxq; ruit soli veniens non mitis amanti D
Cum gemitu & multo iuueni medicamina fletu E
Non secus ac patriam pariter famamq; decusq;
Obicit.ille manu subit: & vim corripit omnem
Inde vbi fata nocens. ¶ Et non reuocabilis vnq;
Cessit ab ore pudor:propriorq; impleuit erynis
Si memor oro mei:contra memor ipsa manebo F
Crede tui

Ex libris Manilii astronomicon.Ex.i.Flores ele.

Tum qui templa sacris coluerunt omne per æuum G
Delectiq; sacerdotes in publica vota
Officio vinxere deum:quibus ipsa potentis
Numinis accendit castam præsentia mentem:
Inq; deum deus ipse tulit:patuitq; ministris
Postq; omnis cœli species redeuntibus astris H
Percepta in proprias sedes & reddita certis
Fatorum ordinibus sua cuiq; potentia formæ
Per varios vsus artem experientia fecit
Exemplo monstrante viam:speculataq; longe
Deprendit tacitis dominantia legibus astra:
Et totum alterna mundum ratione moueri
Fatorumq; vices certis discernere signis
Nam rudis ante illos nullo discrimine vita
In speciem conuersa operum ratione carebat
Et stupefacta nouo pendebat lumine mundi
Nec dum etiam doctas solertia fecerat artes
Sed cum longa dies acuit mortalia corda I
Et labor ingenium miseris dedit & sua quemq;
Aduigilare sibi iussit fortuna premendo
Seducta in varias certarunt pectora curas
Et quodcunq; sagax tentando reperit vsus

K Omnia conando docilis solertia vicit
Nec prius imposuit rebus: finemq; manumq;:
Quam cœlum ascendit ratio: cæpitq; profundis
Naturam rerum causis: viditq; quod vsq; est
L Sed facies quæcunq; tamen sub origine rerum
Conuenit. & certo digestum est ordine corpus
Ignis in æthereas volucer se sustulit auras
Summaq; complexus stellantis culmina cœli
Flammarum vallo naturæ mœnia fecit
Proximus in tenuis descendit spiritus auras
Aeraq; extendit medium per inania mundi
Ignem flatus alit vicinis subditus astris
Tertia sors vndas strauit: flatusq; natantis
Aequore perfudit toto nascentia ponto
Vt liquor exhalet tenuis: atq; euomat auras:
Aeraq; ex ipso ducentem semina pascat
Vltima subsedit glomerato pondere tellus:
M Est igitur tellus mediam sortita cauernam
Aeris: & toto pariter sublata profundo
Nec patulas distenta plagas: sed condita in orbem
Vndiq; surgentem pariter: pariterq; cadentem
Hæc est naturæ facies. sic mundus & ipse
In conuexa volans teretes facit esse figuras
Stellarum solisq; orbem lunæq; rotundum
N Hæc æterna manet diuisq; simillima forma
Cui neq; principium est vsq;: nec finis in ipso
Sed similis toto remanet: perq; omnia par est
O Hoc opus immensi constructum corpore mundi
Membraq; naturæ diuersa condita forma
Aeris: atq; ignis terræ pelagiq; iacentis
Vis animæ diuina regit sacroq; meatu
Conspirat deus: & tacita ratione gubernat.

Et multa in cunctas dispensat fœdera partes
Altera vt alterius vires faciatq; feratq;
Summaq; per varias maneant cognata figuras
Aurato princeps Aries in vellere fulgens P
Respicit admirans aduersum surgere taurum.
Summisso vultu geminos & fronte vocantem
Quos sequitur carcer cancrum leo virgo leonem
Aequato tum libra die cum tempore noctis
Attragit ardenti fulgentem scorpion astro
In cuius caudam contentum dirigit arcum
Mixtus equo volucrem: missurus iamq; sagittam
Tum venit angusto capricornus sydere flexus
Post hunc inflexam diffundit aquarius vrnam
Piscibus assuetas auide subeuntibus vndas
Quos aries tangit claudentes vltima signa
Quicquid subduxit flammis natura pepercit Q
Succubitura oneri formas disiungere tantum
Contenta vt stellis ostendere sydera certis
Linea designat species: atq; ignibus ignes
Respondent media extremis atq; vltima summis
Nec quicquam in tanta magis est mirabile molle
Quam ratio: & certis quod legibus omnia parent
Ousq; turba nocet nihil illis partibus errat
Latius aut leuius mutatoue ordine fertur
Quid tam confusum spacie quid tam vice certum est.
Ac mihi tam præsens ratio non vlla videtur R
Qua pateat mundum diuino numine verti
Atq; ipsum esse deum nec forte coisse magistra
Vt voluit credi: qui primus mœnia mundi
Seminibus struxit minimis inq; illa resoluit
Equis & maria & terras & sydera cœli
Aetheraq; immensos fabricantem finibus orbes

Soluentemq; alios constare & cuncta reuerti
In sua principia: & rerum mutare figuras.
Quis credat tantas operum sine numine molles
Ex minimis cæcoq; creatum fœdere mundum.
Si sors ista dedit nobis sors ipsa gubernet
At cur dispositis vicibus consurgere signa
Et velut imperio præscriptos reddere cursus
Cernimus ac nullis properantibus vlla relinquit
Cur eadem æstiuas exornant sydera noctes
Semper & hibernas eadem certamq; figuram
Quisq; dies reddit mundo certamq; relinquit
S Quod post excidium troiæ sunt eruta regna
Quot capti populi quotiens fortuna per orbem
Seruitium imperiumq; tulit variæq; reuertit.
Troianos cineres inquantum oblita refouit
Imperiumq; fatis asiæ iam græcia præssa est.
Sæcula dinumerare piget quotiensq; recurrens
Lustraret mundum vario sol igneus orbe
Omnia mortali mutatur lege creata
Nec se cognoscunt terræ vertentibus annis
Exutas variam faciem per sæcula gentes
T At manet incolumis mundus suaq; omnia seruat
Quæ nec longa dies auget: minuit senectus
Nec motus puncto currit cursusq; fatigat
Idem semper erit quoniam semper fuit idem
Non alium videre patres alium ve nepotes
Aspicient. ℂ Deus est qui non mutatur in æuo:
Numq̃ transuersas solem decurrere ad arctbos
Nec mutare vias & in ortum vertere cursus
Auroramq; nouis nascentem ostendere terris
Nec lunam certos excedere luminis orbes
Sed seruare modum: quo ve recedat;

Nec cadere in terram pendentia sydera cælo
An fortes animæ dignataq; nomina cælo.
Corporibus resoluta suis terræq; remissa
Huc migrant ex orbe: suumq; habitantia cælum
Aethereos viuunt annos mundiq; fruuntur
Atq; hic æacidas hic veneramur atridas
Tydidemq; ferum terræq; marisq; triumphis
Naturæ victorem Ithacum piliumq; senecta
Insignem triplici: danaumq; ad pergama reges
Castra ducum: et cæli victamq; sub hectore troiam
Auroræq; nigrum partum stirpemq; tonantis
Rectorem lyciæ nec te mauortia virgo
Præteream regesq; alios quos græcia misit
Atq; asiæ gentes: & magno maxima bella
Quiq; animi vires & strictas pondere mentis
Prudentes habuere viri: quibus omnis in ipsis
Census erat iustusq; solon: fortisq; lygurgus
Aethereusq; platon & qui fabricauerat illum.
Damnatusq; suas melius damnauit athenas
Persidis & victor strarat qui classibus æquor:
Romaniq; viri quorum iam maxima turba est:
Tarquinioq; minus reges: & horatia proles
Tota acies partus nec non & scæuola trunco
Nobilior maiorq; viris: & celia virgo
Et romana ferox qui texit mœnia cocles
Et cum militia volucris coruinus adeptus
Et spolia & nomen qui gestat in alite phœbum
Et Ioue qui meruit cælum romamq; camillus
Seruando posuit brutusq; a rege receptæ
Conditor & pyrrhi per bella papirius vltor
Fabricius curiusq; pares & tertia palma
Marcellus cossusq; prior de rege necato

Certantes decii votis: similesq; triumphis:
Inuictusq; mora Fabius. victorq; necati
Liui9 hasdrubalis socio per bella nerone:
Scipiadeq; duces fatum carthaginis vnum
Pompeiusq; orbis domitor: per trisq; triumphos
Ante deum princeps: & censu tullius oris
Emeritus cælos: & claudia magna propago:
Emiliæq; domus proceres: clariq; metelli
Et Cato fortunæ victor: matrisq; sub armis
Milles agryppa suæ: venerisq; ab origine proles
Iulia descendit cælo: cælumq; repleuit.
Quod, regit augustus socio per signa tonante
Cernit & in cætu diuum: magnumq; quirinum
Altius ætherei qua candet circulus orbis
Illa deum sedes: hæc illis proxima diuum:
Qui virtute sua similes vestigia tangunt:
Ex. ii. Manilii Libro.
x Maximus iliacæ gentis certamina vates
Ore sacro cecinit patriam & sua iura petentem
Dum dabat eripuit cuiusq; ex ore profuso.
Omnis posteritas latices in carmina duxit
Amnēq; in tenuis ausa est deducere riuos
Vnius fæcunda bonis:
y Nostra loquar: nulli vatum debebimus ora.
Nec furtum: sed opus veniet: soloq; volamus
In cælum curru: propria rate pellimus vndas
Namq; canam tacita naturæ mente potentem
Infusumq; deum cælo terrisq; fretoq;
Ingentem æquali moderantem fœdere mollem
Totumq; alterno consensu viuere mundum
Et rationis agi motu. cum spiritus vnus
Per cunctas habitet partis: atq; irriget orbem

Omnia peruolitans: corpusq; animale figuret
Quod nisi cognatis membris contexta maneret
Machina: & imposito pareret tota magistro.
Ac tantum mundi regeret prudentia sensum:
Non esset statio terris: non ambitus astris
Hereretq; vagus mundus: standoq; rigeret
Nec sua dispositos seruarent sydera cursus
Noxq; alterna diem fugeret: rursumq; fugaret
Non imbres alerent terras. non æthera venti
Non pontus grauidas nubes: nec flumina pontum
Nec pelagus fontis: nec staret summa per omnis
Pars semper partes æquo digesta parente.
Vt neq; deficerent vndæ: nec sydera nobis
Nec cælum iusto maiusue: minusue volaret
Motus alit: non mutat opus: sic omnia toto
Dispensata manent mundo: dominumq; sequantur;
Hic igitur deus: & ratio quæ cuncta gubernat.
Ducit ab æternis terrena animalia signis
Quæ q̃q̃ longo cogit summota recessu
Sentiri tamen: vt vitamq; ac fata ministrent
Gentibus: ac proprios per singula corpora mores:
Nec minus est quærenda fides sic temperat arua
Cælum: sic varias fruges redditq;: rapitq;
Sic pontum mouet: & terris immittit: & aufert
Ad lunæ motum variant animalia corpus A
Deniq; sic pecudes: & muta animalia terris B
Cum moneant ignata sui: legisq; per æuum
Natura tamen ad mundum reuocante parentem
Attollunt animos: cælumq; ac sydera seruant
Corporaq; ad lunæ nascentis cornua lustrant
Venturasq; vident hyemis: reditura serena
Quis dubitet post hæc hominem coniungere cælo. C

Eximiam natura dedit linguamq;:capaxq;
Ingenium:volucremq; animum:quem deniq; in vnum
Descendit deus:atq; habitat:ipsumq; requirit.
D Mitto quod certum est.& ineuitabile fatum.
E Sed ne in circuitu longo manifesta probentur
Ipsa fides operi faciet:pondusq; fidemq;
¶ Nam neq; decipitur ratio nec decipit vnq̄:
F Quod fortuna ratum faciat:quis dicere falsum
Audeat.& tantæ suffragia vincere sortis:
G Hæc ego diuino cupiam cum ad sydera flatu
Ferre nec in turbam:nec turbæ carmina quondam:
Sed cælo nascenda canam mirantibus astris.
Et gaudente sui mundo per carmina vatis
Vel quibus illa sacros non inuidere meatus
Noticiamq; sui:minina est quæ turba per orbem
¶ Illa fuit quæ diuitias:quæ despicit aurum
Imperia:& fasces:mollemq; per ocia luxum
Et blandis aduersa sonis dulcemq; per aures
Affectum:& modico noscenda ad fata labore.
H Non licet a minimis animum deflectere causis:
Nec quicq̄ rationis eget.frustra ve creatum.
I Quod si solerti circumspicis omnia cura
Fraudata inuenies amissis sydera membris.
Scorpius in libra consumit brachia Taurus
Succidit in curuo claudus pede lumine cancro
Desunt:Centauro superest & quæritur vnum
Sic nostros casus solatur mundus in astris
Exemploq; docet patienter damna subire
Omnis cum cælo fortunæ pendeat ordo:
Ipsaq; debilibus formentur sydera membris.
K Id circo nihil ex semet natura creauit
Pectore amicitiæ maius.nec rarius vnq̄

Unus erat pylades unus qui mallet horestes
Ipse mori:lis una fuit per sæcula mortis
Alter quod raperet fatum non cederet alter
Et duo qui potuere sequi vix noxia pœnis
Optauitq3 reum sponsor non posse reuerti
Sponsoremq3 reus timuit.ne solueret ipsum.
Perq3 tot ætates hominum:tot tempora & annos L
Tot bella.& varios etiam sub pace labores:
Cum fortuna fidem quærat vix inuenit usq3.
At quãta est scelerũ molles per sæcula cũcta
Quamq3 onus inuidiæ non excusabile terris
Venales ad fata patres matrumq3 sepulchrã
Imposuit phœbus noctem.terrasq3 reliquit.
Quid loquar euersas urbis:et prodita tẽpla
Et varias pacis clades & mixta venena
Insidiasq3 fori cædes in mœnibus ipsis
Et sub amicitiæ grassantem nomine turbam
In populo scelus est & abũdant cũcta furore
Et fas atq3 nefas mixtum legesq3 per ipsas
Sæuit nequities pœnas iam noxia vincit
Scilicet in multis quoniam discordia vincit
Corpora nascuntur pars & sublata per orbẽ
Et fidei rarum fœdus:pascisq3 tributum:
Usq3 sibi cœlum sic tellus dissidet ipsa
Atq3 hominũ gentes inimica sorte feruntur.

Ex.iii.Manilii Libro.

Facile est ventis dare vela secundis M
Fœcundumq3 solum varias agitare per artis:
Auroq3 atq3 ebori decus addere:cum rudis ipsa
Materies niteat:
Huc ades o quicunq3 meis aduertere cœptis N
Aurem oculosq3 potes veras & precipes voces.

Non adiuratos reges troiamq; cadentem
Impendas animum nec dulcia carmina quæras
Ornari res ipsa negat: contenta doceri.

O Idcirco tanta est rerum discordia in æuo
Et subtexta malis bona sunt. lacbrymæq; sequuntur
Vota nec in cunctis seruat fortuna tenorem.
Usq; adeo permixta fluit: nec permanet vsq;:
Amisitq; fidem variando cuncta per omnes
Non annis anni. non menses mensibus vsq;
Conueniunt: seq; ipse dies: aliumq; relinquit:
Horaq; non vlli similis producitur horæ

Ex. iiii. Manilii Libro.

P Quid tam sollicitis vitam consumimus annis.
Torquemurq; metu: cæca cupidine rerum
Aeternisq; senes curis dum quærimus æuum
Perdimus: & nullo votorum fine beati
Victuros animus semper: nec viuimus vnq;
Pauperiorq; bonis quisquis est: qui plura requirit
Nec quod babet numerat: tantū quod non babet optat
Cumq; sui paruos vsus natura reposcat
Materiam istruimus magnæ per vota ruinæ
Luxuriam lucris emimus: luxuq; rapinas
Et summum census precium est effundere censum.

Q Soluite mortales animos: curasq; leuate
Totq; superuacuis vitam deflete querelis:
Fata regunt orbem: certa stant omnia lege
Longaq; per certos signantur tempora cursus
Nascentes morimur: finisq; ab origine pendet.
Tunc & opes: & regna fluunt: & sæpius orta
Paupertas artesq; datæ: moresq; creati:
Et vitia: & clades: damna & compendia vitæ.
Nemo caret damno: poterit nec babere negatum

Fortunam ve suis inuitam pendere votis
Aut fugere instantē. sors est sua cuiq; ferēda
At nisi fata darent leges vitsq;:necisq;
Fugissent ignes Aeneā. Troia sub vno
Non euersa viro fatis vicisset in ipsis
Aut culpa piectos nutrisset martia fratres:
Romaq; sic enata foret:pecudumq; magistri
In capitolinos auxissent culmina montis
Includi ve sua potuisset iuppiter arce
Captus:vel caput hic orbis foret igne sepulto
Vulneribus victor repetisset mutius vrbem
Solus & oppositis clausisset horatius armis
Pontē:vrbēq; simul:rupisset fœdera virgo:
Tresq; sub vnius fratres virtute iacerent.
Nulla acies tunc euicit:pendebat ab vno
Roma viro:regnumq; orbis sortita iacebat:
¶ Quid referā cannas:admotaq; mœnibus arma
Varronēq; pigrū:magnūq; viuere posset
Postq; tuos trasimene lacus:fabiūq; morātē
Accepisse iugum victas carthaginis arces.
Spectatū hānibalē nostris cecidisse cathenis
Exiliūq; rogi furtiua morte luisse.
¶ Et cimbrū in mario:mariūq; in carcere victū:
Quod consul totiens:exul:ex exule consul.
Et iacuit lybicis compar iactura ruinis
Atq; crepidinibus cœpit carthaginis vrbem
Hoc nisi fata darent vnq fortuna tulisset
¶ Quis te nillaco periturum littore magne
Post victas mitriditatis opes:pelagusq; receptum
Et tres emenso meritos ex orbe triumphos.
Cumq; etiam posses alium componere magnum
Crederet:vt corpus sepeliret naufragus ignis:

Et collecta rogum facerent fragmenta carinæ:
Quis tantum mutare potest sine numine fati
¶ Ille etiam cælo genitus: cæloq; receptus
Cum bene compositis victor ciuilibus armis
Iura toge regeret: totiens prædicta cauere
Vulnera non potuit toto spectante senatu
Inditium dextra retinens: nomenq; cruore
Deleuit proprio possent vt vincere fata
¶ Quid numerem euersas vrbes: regumq; ruinas
Inq; rogo crœsum: priamumq; in littore truncum
Cui nec troia rogus: quid Xersem maius & ipso
Naufragium pelago. quid captos agmine reges.
R Mora sæpe malorum Dat causas
S Ecce patrem nati perimunt: natosq; parentes:
Mutuaq; armati coeunt in vulnera fratres
T Vt veniant gemmæ totus transibitur orbis
Nec lapidum precio pelagus cœpisse pigebit
Annua sollicti consumant vota coloni
Et quantæ mercedis erunt fallacia rura
Quæremus lucrum nauis mortemq; sequemur
In prædas pudeat tanto bona velle caduca
Luxuria quoq; est hoc vigilatq; ruinis
Venter & vt pereant suspirent sæpe nepotes
A Quid cælo dabimus: quantum est: quid veneat omne:
Impendendus homo est: deus vt possit in ipso
B Est æquale nihil: terrenos aspice tractus
Et maris & notis fugientia flumina ripis
Crimen vbiq; frequens: & laudi noxia iuncta est
Sic sterilis terris lætis interuenit annus
Ac subito rumpit paruo discrimine fœtus
Et modo portus erat pelagi iam facta carybdis
Laudatiq; cadit post paulum gratia ponti:

Et nunc per scopulos: nunc campos labitur amnis
Aut faciens iter: aut quærens venit ve redit ve:
Iam nusquam natura latet: peruidimus omnem: C
Et capto potimur mundo nostrumque parentem
Pars sua conspicimus: genitique accedimus astris
An dubium est habitare deum sub pectore nostro.
In cælumque redire animas: cæloque venire.
Vtque sit ex omni constructus corpore mundus
Aetheris: atque ignis summi terræque marisque
Spiritum & in toto rapidum: qui iussa gubernat
Sic esse in nobis terrenæ corpora sortis
Sanguineasque animas: animi qui cuncto gubernat
Dispensatque hominem: quid mirum noscere mundum
Si possunt homines: quibus est & mundus in ipsis
Exemplumque dei quisque est & in imagine parua.
An quoque genitos: nisi cælo credere fas est
Esse homines. ¶ Proiecta iacent animalia cuncta
In terra: vel mersa vadis: vel in aere pendent
Omnibus vna quies venter: sensusque per artus
Et quia consilium non est: & lingua remissa.
Vnus & inspectus rerum: viresque loquendi:
Ingeniumque capax varias educit in artis
Hic partus: qui cuncta regit secessit in orbem
Et domuit terram ad fruges: animalia cœpit
Imposuitque viam ponto: stetit vnus in arce
Errectus capitis: victorque ad sydera mittit
Syderoes oculos: propiusque aspectat olympum
Inquiritque Iouem: nec sola fronte deorum
Contentus manet: & cælum scrutatur in aluo:
Cognatumque sequens corpus se quærit in astris

Ex.v. Manlii Libro

Nihil est audere relictum D

Quæstus naufragio petitur. corpusq; profundo
Immissum pariterq; præda exquiritur ipsa
Nam semper tanti merces est parua laboris
Censibus æquantur conchæ: rapidumq; notari
Vix quisq; est locuples oneratur terra profundo
Tali sorte suas artis per littora tractat
Aut emit externos precio mutatq; labores
Institor æquoreæ varia sub imagine mercis
Cumq; fidis magno succedunt, sydera mundo.

E Quæsitor scelerum veniet: vindexq; reorum
Qui commissa suis rimabitur argumentis
In lucemq; trahet: tacitaq; licentia fraude
Hinc etiam immitis tortor: pœnæq; minister:
Et quisquis vero fauit: culpam ve perodit
Proditur: atq; alto qui iurgia pectore tollat:

Ex Catulli veronē. Lib. Ad Lesbiam

F Soles occidere: & redire possunt
Nobis cum semel occidit breuis lux
Nox est perpetua vna dormienda

Ad varrum

G Nimirum idem omnes fallimur: neq; est quisq;
Quem non in aliqua re videre suffenum
Possis: suus cuiq; attributus est error
Sed non videmus manticæ quod in tergo est:

Ad Alphenum.

H Alphene immemor: atq; vnanimis false sodalibus
Iam te nil miseret duret tui dulcis amiculi:
Iam me prodere iam non dubitas perfide:
Nec facta impia fallacium hominum cœlicolis placēt
Quæ tu negligis: ac me miserum deseris in malis
Heu quid faciant dico homines: cui ve habeant fidem
Certe tu te iubebas animam tradere inique

Inducens in amorem quasi tua omnia mi forent
Idem nunc retrahis te:acta:dicta:omnia factaq3
Ventos irrita ferre:ac nebulas aereas finis
Si tu oblitus es :at dii meminerunt:meminit fides:
Qua te vt pœniteat post modo facti faciet tui

Ad Lesbiam

Ocium catulle tibi molestum est I
Ocio exultas nimiumq3 gestis
Ocium reges prius :& beatas
Perdidit vrbes

Pelei.& Thetidis nuptiæ

Sed postq̃ tellus scelere est imbuta nefando K
Iusticiamq3 omnes cupida demente fugarunt
Perfudere manus fraterno sanguine fratre
Destitit extinctos natus lugere parentes
Optauit genitor primeui funera nati
Liber vt innupte poteretur flore iuuente
Ignaro mater substernens se impia nato
Impia non verita est diuos scelerare penates
Omnia fanda.nefanda malo permixta furore
Iustificam nobis mentem auertere deorum
Quare nec tales dignantur visere cœtus:
Nec se contingi patiuntur lumine claro.

De Muliere sua.

Nulli se dicit mulier mea nubere malle L
Quam mihi:non si se Iuppiter ipse petat M
Dicit:sed mulier cupido quod dicit amanti N
In vento & rapida scribere oportet aqua O

Ad Lesbiam

Difficile est longum subito deponere amorem P
Difficile est:verum hoc quod Iubet efficies

Ex Propertii Libris .Ex Primo Flores electi

Ad Cynthiam non esse elaborandum ad culturam formæ

Q Quid iuuat ornato procedere vita capillo.
Et tenues coa veste mouere sinus.
Aut quid oronea crines perfundere myrrha.
Teq; peregrinis vendere muneribus
Naturæq; decus mercato perdere cultu.
Nec sinere in propriis membra nitere bonis.
Crede mihi non vlla tua medicina figure est:
Nudus amor formæ non amat artificem

Ad Aemulum suum Gallum

R Nec tibi nobilitas poterit succurrere amanti
Nescit amor priscis cedere imaginibus

Ex.ii.Propertii Lib. Ad Mæcenatem

S Nauita de ventis: de tauris narrat arator:
Enumerat milles vulnera pastor oues
T Omnes humanos sanat medicina dolores
Solus amor morbi non amat artificem
Tarda philoctetæ sanauit crura machaon:
Phœnicis chiron lumina philirides:
Et deus extinctum cressis epidaurius herbis
Restituit patriis Androgeona focis
Mysus & hemonia iuuenis: qua cuspide vulnus
Senserat hac ipsa cuspide sensit opem
Hoc si quis vitium potuit mihi demere solus
Tantalea poterit tradere poma manu
Dolia virgineis idem ille repleuerit vrnis
Nec tenera assidua colla grauentur aqua
Idem caucasea soluet de rupe prometi
Brachia: & a medio pectore pellet auem.

Ad Irrisorem

V Ac veluti primo taurus detractat aratra
Post venit assueto mollis ad arua iugo

Ad Cynthiam

Non ita carpathiæ variant aquilonibus vndæ: X
Nec dubio nubes vertitur atra noto
Quam facile irati verbo mutantur amantes.
¶ Dum licet: iniusto subtrahe colla iugo
Non solum taurus ferit vncis cornibus hostem Y
Verum etiam instanti læsa repugnat ouis

Ad Eandem.

Fœlix admeti coniunx: & lectus vlixis Z
Et quæcunqȝ viri fœmina limen amat
¶ Quos igitur tibi custodes: quæ limina ponam:
Quæ nunquam supra pes inimicus eat
Nam nihil inuitæ tristis custodia prodest:
Quam peccare pudet: cynthia tuta sat est.

Ad amicam de Riuali

Penelope poterat bis denos salua per annos A
Viuere tam multis fœmina digna procis
Coniugium falsa poterat differre minerua
Nocturno soluens texta diurna dolo
Visura & quamuis nunquam speraret vlyxem
Illum expectando facta remansit anus
Sed vobis facile est verba: & componere fraudes B
Hoc vnum didicit fœmina semper opus
¶ Non sic incerto mutantur flamine syrtes
Nec folia hiberno tam treme facta noto:
Quam cito fœminea non constat fœdus in ira
Siue ea causa grauis: siue ea causa leuis

Ad Musam

Quod si deficiant vires: audatia certe C
Laus erit in magnis & voluisse sat est

De amore

Quicunqȝ ille fuit primus qui pinxit amorem D

Non te putas miras hunc habuisse manus
Hic primum vidit sine sensu viuere amantes
Et leuibus curis magna perire bona
¶ Idem non frustra ventosas addidit alas:
Fecit & humano corde volare deum
¶ Scilicet alterna quoniam iactamur in vnda:
Nostraqꝫ non illis permanet aura locis
Et merito humanis manus est armata sagittis:
Et pharetra ex humero gnosia vtroqꝫ iacet
Ante ferit quoniam tuti quam cernimus hostem:
Nec quisqꝫ ex illo vulnere sanus abit
Ad Cynthiam
E Non tot achæmeniis armantur susa sagittis
Spicula: quot nostro pectore fixit amor.
De receptione in nocte
F Ante pedes cæcis lucebat semita nobis
Scilicet, insano nemo in amore videt
Voluptates suas explicat
G Exemplo iuncte tibi sunt in amore columbæ
Masculus: & totum fœmina coniugium
H Errat qui finem væsani quærit amoris
Verus amor nullum nouit habere modum
¶ Terra prius falso partu deludet arantes:
Et citius nigros sol agitabit equos
Fluminaqꝫ ad caput incipient reuocare liquores
Aridus & sicco gurgite piscis erit
Quam possim nostros alio transferre dolores
Huius ero viuus: mortuus huius ero
I Ac veluti folia arentes liquere corollas
Quæ passim calathis strata natare vides
Sic nobis qui nunc magnum speramus amantes
Forsitan includet crastina fata dies

An Cinthiam.

Ah pudeat certe: pudeat: nisi forte quod aiunt K
Turpis amor surdis auribus esse solet.

Ad Heremum Demophontis

Quaeris demophon cur sint tam mollis in omnes L
Quod quaeris: quare non habet vllus amor
Vnicuiq; dedit vitium natura creato M
Mi fortuna aliquid semper amare dedit

De amoris seruitute

Libertas quoniam nulli iam restat amanti: N
Nullus liber erit. si quis amare volet

Ad Cynthiam

At me non aetas mutabit tota sibyllae: O
Non labor alcidae: non niger ille dies

Ad Cynthiam

Sed tamen obsistam: teritur rubigine mucro P
Ferreus & paruo saepe liquore silex
Si qua venit sero: magna ruina venit Q
Inuidiam quod habet non solet esse diu R

Ad Eandam

Multum in amore fides: multum constantia prodest S

Ad Iouem pro Amica aegrotante

Sunt apud infernos tot milia formosarum T
Pulchra sit in superis scilicet vna locis
Vobiscum est Iope: vobiscum candida tyro
Vobiscum europae: nec proba pasypha:
Et quot troia tulit vetus: & quot achaia formas:
Et phoebi: & priami diruta regna senis:
Et quaecunq; erat in numero romona puella
Occidit: has omnes ignis auarus habet
¶ Nec forma aeternum: aut cuiq; est fortuna perenenis
Longius aut propius mors sua quemq; manet

Ad Cynthiam.

V Quo fugis ab demens: nulla est fuga: tu licet usque
Ad taniam fugias usque sequetur amor.
Non si pegaseo verteris in aere dorso:
Nec tibi si persei mouerit ala pedes.
Vel si te sectae rapiant talaribus aurae
Nil tibi mercurii proderit alta via
Instat semper amor supra caput instat amanti:
Et grauis ipse super libera colla sedet
Excubat ille acer custos & tollere nunque
Te patietur humo lumina capta semel.

Ad Cynthiam.

X Qui videt: is peccat. qui non te viderit ergo
Non cupiet: fati crimina lumen habet.

Ad Cynthiam.

y Vino forma perit: vino corrumpitur aetas.

Ex. iii. Propertii Lib. Ad librum secundum.

z Orphea te tenuisse feras: & concita dicunt
Flumina threicia sustinuisse lyra
Saxa cythironis thebes agitata per artem:
Sponte sua in muri membra coisse ferunt.

A Si non taenariis domus est mihi fulta columnis
Nec camera auratas inter eburna trabes
Nec mea pheacias aequant pomaria syluas
Non operosa rigat martius antra liquor.
At musae comites: & carmina cara legenti
Et defessa choris calliopea meis
Nam neque pyramidum sumptus ad sydera ducti
Nec iouis elei coelum imitata domus
Nec mausolei diues fortuna sepulchri
Mortis ab extrema conditione vacat.
Aut illis flamma: aut imber subducet honores

Amorum aut ictu pondera victa ruent?
¶ At non ingenio quæsitum nomen ab æuo
Excidet: ingenio stat sine morte decus.

Ad Amicam iratam.

Nunc maris in tantum vento iactamur: & hostem
Querimus atq; armis nectimus arma noua.
Haud vllas portabis opes acherontis ad vndas
Nudus ad infernas stulte veherre rates
Victor cum victis pariter miscebitur vmbris
Consule cum mario capte iugurtha sedes.
Lydus dulychio non distat crœsus ab hyro
Optima mors parca quæ venit apta die.

Ad Lygdamum seruum.

Omnis enim debet sine vani nuncius esse
Maioremq; timens seruus habere fidem
Nunc mihi si qua tenes: ab origine dicere prima
Incipe suspensis auribus ista bibam.

De morte Pæti: & Auaritia mala.

Ite rates curuæ: & læti quoq; texit causas.
Ista per humanas mors venit acta manus.
Terra parum fuerat fatis adiecimus vndas
Fortunæ miseras auximus arte vias.
Anchora te teneat quem non tenuere penates
Quid meritum dicas cui sua terra parum est.
Ventorum est quodcumq; paras haud vlla carina
Consenuit: fallit portus: & ipse fidem.

Ad Mecenatem

Quid me scribendi tam vastum mittis in æquor?
Non sunt apta meæ grandia vela rati.
Turpe quod est nequeas capiti committere pondus
Et pressum in flexo mox dare terga genu.
Omnia non pariter rerum sunt omnibus apta.

Flamma nec ex aquo ducitur vlla iugo

¶ Hic sat⁹ ad pacē: hic castrē sib⁹ vtilis armis

Natura sequitur semina quisq; sua.

De imperiis fœminarum.

G Quid mirare meā si ꝟsat fœmina vitā:

Et trahit additum sub sua iura viri.

Omphale in cātū forma ꝓcessit honorē

Lydia gygeo tincta puella lacu:

Vt qui pacato statuisset in orbe colūnas

Tam dura traheret mollia pensa manu.

De auaritia.

H At nūc desertis cessant sacraria lucis:

Aurum omnes victa iam pietate colunt:

Auro pulsa fides: auro venalia iura.

Aurum lex sequitur: mox sine lege pudor.

¶ Torrida sacrilegum testatur lumina rhenum

Dum petit intonsi pythia regna dei.

Aut mons laurigero concussus vertice duras:

Callida parnasi sparsit in arma niues.

¶ Et scelus accepto thracis polynestoris auro

Nutrit in hospitio non polydore pio.

I Proloquar atq; vtinam patria sim verus aruspex

Frangitur ipsa suis roma superba bonis.

Ad Cynthiam De Lycinna.

K At tu non meritam parcas vexare Lycinnam.

Nescit vestra ruens ira referre pedem.

Ad Bacchum.

L Semper enim vacuos nox sobria torquet amantes:

Spesq; timorq; animo versat vtroq; modo

Quod mors sit inevitabilis.

M Quid genus: aut virtus aut optima profuit illi

Mater: & amplexum cæsaris esse focos

Aut modo tam pleno fluitantia vela theatro:
Et per maternas omnia gesta manus
Occidit. & misero steterat vigesimus annus.
Tot bona tam paruo clausit in orbe dies.
I nunc tolle animos: & tecum finge triumbos
Stantiaq; in plausum tota theatra iuuent.
Attalicas supera vestes: atq; omnia magnis
Gemmea sint ludis: ignibus ista dabis.
Sed tamen huc omnes: huc primus: & vltimus ordo
Et mala sed cunctis ista terenda via est.
Exoranda canis tria sunt latrantia colla
Scandenda est torui publica cymba senis:
Ille licet fero cautus se condat & ære.
Mors tamen inclusum protrahit inde caput.
Nerea non facies: non vis exemit achillem
Croesum: haud pactoli quas parit humor opes.

De Incontinentia mulierum.

Obiicitur totiens a te mihi nostra libido. N
Crede mihi vobis imperat ista magis.
Vos vbi contempti rupistis fræna pudoris
Nescitis captæ mentis habere modum.
Famma per incensas citius sedetur aristas:
Fluminaq; ad fontis sint reditura caput
Et placidum syrtes portum: & bona littora nautis
Præbeat hospitio sæua mallea suo.
Quam possit vestros quisq; deprendere cursus:
Et rapidæ stimulos frangere nequitiæ.
Testis cretæi fastus quæ passa iuuenci
Induit abiegnæ cornua falsa boui.
Testis thessalico flagrans salmonis enipheo
Quæ voluit liquido tota subire deo.
Crimen & illa fuit patria succensa senecta

Arboris in frondes condita myrrha nouæ:
Nam quid Medeæ referam quo tempore matris
Iram natorum cede piauit amor.
Quid ve clytemnestræ propter quam tota mycenis
Infamis stupro stat pelopea domus.
Tuqꝫ o minoa venundata sylla figura
Tondens purpurea regna paterna coma:
Hanc igitur dotem virgo desponderat hosti
Nise tuas arces fraude reclusit amor.
O Non tamen immerito Minos sedet arbiter orci
Victor erat quamuis :æquus in hoste fuit:
Ad Cynthiam.
P Magnum iter ad doctas proficisci cogor athenas:
Vt me longa graui soluat amore via.
Creſſit enim aſſidue spectando cura puellæ:
Ipse alimenta sibi maxima præbet amor.
Omnia sunt tentata mihi quacunqꝫ fugari
Possit:at ex omni me premit ipse deus.
Vnum erit auxilium mutatis Cynthia terris
Quantum oculis:animo tam procul ibit amor.
Ex.iiii.Propertii Lib.Ad Cynthiam.
Q Svnt aliquid manes:letum non omnia finit:
Luridaqꝫ euictos effugit vmbra rogos.
Qualiter appellatur iuppiter feretrius.
R Magnum iter ascendo:sed dat mihi gloria vires:
Non iuuat ex facili lecta corona iugo.
Ad Paulum.
S Desine paule meum lachrymis vrgere sepulchrum
Panditur ad nullas ianua nigra preces.
Cum semel infernas intrarunt funera leges;
Non exorato stant adamante viæ.
Te licet orantem fuscæ deus audiat aulæ:

Nempe tuas lacbrymas littora surda bibent.

Ex Libris Tibulli.Ex Lib.i.atqz Elegia.i.

Diuitias alius fuluo sibi congerat auro:
Et teneat culti iugeram magna soli:
Quem labor assiduus vicino terrea boste
Martia cui somnos classica pulsa fugent.
Me mea paupertas vitæ traducat inerti
Dum meus assiduo luceat igne focus:
Fictilia antiquus primum sibi fecit agrestis
Pocula:de facili composuitqz luto.

Ex Elegia.iii.Libri primi.

Quam bene saturno viuibant rege:priusqꝫ
Tellus in longas est patefacta vias:
Nondum cæruleas pinus contempserat vndas
Effusum ventis præbueratqz sinum
Nec vagus ignotis repetens compendia terris
Presserat externa nauita marce ratem.
Illo non validus subiit iuga tempore taurus
Non domito frenos ore momordit equus
Non domus vlla fores babuit:non fixus in agris
Qui regeret certis finibus arua lapis
Ipse mella dabant quercus:vltroqz ferebant
Obuia securis vbera lactis oues:
Non acies:non ira fuit:non bella:nec enses
Immitti sæuus duxerat arte faber.
¶ Nunc Ioue sub domino cædes:& vulnera semper
Nunc mare:nunc læthi mille repente viæ
Parce pater:timidum non me periuria terrent.
Non dicta in sanctos impia verba deos:
Sed me quod facilis tenero sum semper amori
Ipsa venus campos ducet ad helysios.
Hic choreæ:cantusqz vigent:passimqz vagantes

Dulce sonant tenui gutture carmē aues.
Fert casiam non culta seges: totosq; per agros
Floret odoratis terra benigna rosis.
Illic est cuicunq; rapax mors venit amanti:
Et gerit insigni Myrthea serta coma.
At scelerata iacet sedes in nocte profunda.
Abdita quam circum flumina nigra sonant:
Tesyphoneq; impexa feros pro crinibus angues
Sæuit: & huc illuc impia turba fugit.
¶ Tum niger in porta serpentum Cerbeus ore
Stridet: & æratas excubat ante fores.
¶ Illic Iunonem tentare ixionis ausi
Versantur sceleri noxia membra rota.
¶ Porrectusq; nouem tityus per iugera terræ
Assiduas atro viscere pascit aues
¶ Tantalus est illic: & circum stagna: sed acrem
Iamiam poturi deserit vnda sitim.
¶ Et danai proles veneris quæ numina læsit
In caua lætheas dolia portat aquas.

Ex Elegia. iiii. Libri primi.

A Longa dies homini docuit parere leones.
Longa dies molli saxa peredit aqua.
Annus in apricis maturat collibus vuas:
Annus agit certa lucida signa vice.
B At si tardus eris: errabis: transiet ætas
Quam cito non segnis stat: remeatq; dies
Quam cito purpureos deperdit terra colores:
Quam cito formosas populus alba comas.
Vidi iam iuuenem premeret cum serior ætas
Mœrentem tardos præteriisse dies.
C Heu male nunc artes miseras hæc sæcula tractant
Iam tener assueuit munera velle puer.

Quem referent musæ:viuet dum robora tellus: D
Dum cœlum stellas:dum vehet amnis aquas.

Ex Elegia.vii.Libri primi.

Hunc cecinere diem parcæ fatalia nentes
Stamina non vlli dissoluenda deo. E

Ex Elegia.viii.Libri primi.

At tu dum primi florent tibi temporis ætas F
Vtere:non tardo labitur illa pede.

Ex Elegia.ix Libri primi.

Ah miser & si quis primo periuria celat G
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus:
Lucra petens habili tauros adiungit aratro: H
Et durum terræ rusticus vrget opus.
Lucra petituras freta perq; patentia ventis
Ducunt instabiles sydera certa rates.
Sæpe solent auro multa subesse mala. I

Ex.x.Elegia.Libri primi.

Quis fuit horrendos primus qui protulit enses K
Quam ferus:& vere ferreus ille fuit:
Tunc cædes hominum generi:tunc prœlia nata
Tunc breuiter diræ mortis aperta via est
At nihil ille miser.meruit:nos ad mala nostra
Vertimus:in sæuas quod dedit ille feras.
Diuitis hoc vitium est auri:nec bella fuerunt
Faginus astabat cum sciphus ante dapes:
Non arces:non vallus erat:somnumq; petebat
Securus varias dux gregis inter oues:
Quis furor est atram bellis accerscere mortem. L
Imminet:& tacito clam venit illa pede.

Ex Lib.Tibulli.ii.De Agri lustratione.Elegia.I.

Luce sacra requiescat humus:requiescat arator: M
Et graue suspenso vomere cesset opus.

Soluite vincla iugis nunc ad præsepia debent
Plena coronato stare boues capite
Omnia sint operta deo non audeat vlla
Lanificam pensis imposuisse manum
¶ Vos quoq; abesse procul iubeo discedite ab aris
Cui tulit hesterna gaudia nocte venus
Casta placent superis pura cum veste venite
Et manibus puris sumite fontis aquam

N Ah miseri quos hic grauiter deus vrget: at ille
Fœlix cui placidus leniter afflat amor

Ex Elegia.iii.Lib.ii. Ad Cornutum

O Ferrea non venerem: sed prædam sæcula laudant
Præda tamen multis est operata malis
Præda feras acies cinxit discordibus armis:
Hinc cruor hinc cædes: mors propriorq; venit
Præda vago iussit geminare pericula ponto
Bellica cum dubiis rostra dedit ratibus

Ex Elegia.iiii.Lib.ii.

P Seruitium sed triste datur teneorq; cathenis
Et numq̄ misero vincla remittit amor
Nunc O amara dies: O noctis amarior vmbra est
Omnia nam tristi tempora felle madent

Ex Elegia vltima Lib.ii.

Q Acer amor fractas vtinam tua tela sagittas
Scilicet extinctas: aspiciamq; faces
Tu miserum torques tu me mihi dira precari
Cogis: O insana mente nephanda loqui

R Iam mala finissem lœto sed credula vitam
Spes fouet: O melius cras fore semper ait
Spes alit agricolas: spes sulcis credit aratis
Semina quæ magno fœnore reddat ager:
Hæc laqueo volucres hæc captat arundine pisces

Cum tenues hamos abdidit ante cibus
Spes etiam valida solatur compede vinctum
Crura sonant ferro: sed canit inter opus

Ex.iii. Tibulli Lib. Ex Elegia.ii.

NOn ego firmus in hoc: non hæc patientia nostro S
Ingenio frangit fortia corda dolor

Ex Elegia.iii. Lib.iii.

Nam graue quid prodest pondus mihi diuitis auri T
Aruaqȝ si findant pinguia mille boues.
Quid ve domus prodest phrygiis innixa columnis
Tenare siue tuis: siue caryste tuis.
Et nemora in domibus sacros imitantia lucos
Aurataqȝ trabes: marmoreumqȝ solum.
Quid ve in erythreo legitur quæ littore concha.
Tinctaqȝ sidonio murice lana iuuat.
Et quæ præterea populus miratur in illis
Inuida quæ falso plurima vulgus amat
Non opibus mentes hominum curaqȝ leuantur
Nam fortuna sua tempora lege gerit

Ex Elegia.iiii. Lib.iii.

Somnia fallaci ludunt temeraria nocte: V
Et pauidas mentes falsa timere iubent
Ah crudele genus nec fidum fœmina nomen X
Ah pereat didicit fallere si qua virum
¶ Sed flecti poterit mens est mutabilis illi
Tu modo cum multa brachia tende fide.

Ex Elegia.v. Libri.iii.

Parcite pallentes vmbras quicunqȝ tenetis y
Duraqȝ sortiti tertia regna dei.
Elysios olim liceat cognoscere campos:
Lætheamqȝ ratem: chymeriosqȝ lacus

Ex Elegia.vi. Lib.iii.

ȝ Venit post multos vna serena dies

Ex.vii.Elegia.Lib.iii.

A Hei mihi difficile est imitari gaudia falsa
Difficile est tristi fingere mente iocum
Nec bene mendaci risus componitur ore
Nec bene sollicitis ebria verba sonant
B Vos ego nunc moneo: fœlix quicunqȝ dolore
Alterius disces posse carere tuo

Ex.iiii.Tibulli Lib. De Messalæ laudibus

C QVin etiam mea tunc tumulus cum texerit ossa.
Seu matura dies fato properat mihi mortem:
Longa manet seu vita: tamen mutata figura:
Seu me finget equum rigidos percurrere campos
Doctum seu tardi pecoris sim gloria taurus:
Siue ego per liquidum volucris vehar ære pennis:
In quemcunqȝ hominem me longa receperit ætas:
Inceptis de te subtexam carmina chartis

Ex Libris Claudiani. In Ruffinum. Ex Li.i.flo.ele.

D SAepe mihi dubiam traxit sententia mentem
Curarent superi terras: an nullus inesset
Rector & incerto fluerent mortalia casu
Nam cum dispositi quæsissem fœdera mundi.
Præscriptosqȝ maris fines: anniqȝ meatus
Et, lucis: noctisqȝ vices tunc omnia rebar
Consilio firmata dei: qui lege moueri
Sydera: qui fruges diuerso tempore nasci
Qui variam phœben alieno iusserit igne
Compleri: solemqȝ suo: porrexerit vndis
Littora tellurem medio librauerit axe.
¶ Sed quum res hominum tanta caligine volui
Aspicerem: lætosqȝ diu florere nocentes:
Vexariqȝ pios: rursus labefacta cadebat

Relligio: causaq; viam non sponte sequebar
Alterius: vacuo quæ semina currere motu
Affirmat: magnumq; nouas per inane figuras
Fortuna non arte regi: quæ numina sensu
Ambiguo: vel nulla putat. vel nescia nostri
¶ Abstulit hunc tandem ruffini pœna tumultum
Absoluitq; deos iam non ad culmina rerum
Iniustos creuisse queror. tolluntur in altum
Vt lapsu maiore ruant.

Signa quidem o sociæ di uos attollere contra E
Nec fas est: nec posse reor. ¶ Sed lædere mundum
Si libet: & populis commune intendere lœtum
Est mihi prodigium cunctis immanibus hydris
Tigryde mobilius fœta: violentius austris
Acrius hirpys flauis incertius vndis:
Ruffinus: quæ prima meo de matre cadentem
Suscepi gremio. paruus reptauit in isto
Sæpe sinu: tenero: perq; ardua colla volutus
Vbera quæsiuit fletu: linguisq; trisulcis
Mollia lambentes finxerunt membra cerastæ:
Meq; etiam tradente dolos: artemq; nocendi
Edidicit simulare fidem: sensusq; nocentes
Protegere: & blando fraudem prætexere risu.
Plenus sæuitiæ: lucriq; cupidine feruens
Non tarthesiacis illum satiaret harenis:
Tempestas preciosa tagi: non stagna rubentis
Aurea pactoli: totumq; exhauserit hermum
Ardebit maiore siti. quam fallere mentes
Doctus: & vnanimes odiis turbare sodales.
Talem progenies hominum si prisca tulisset
Pirithoum fugeret theseus. offensus orestem
Desereret pilades. odisset castora pollux

Ipsa quidem fateor vinci: rabidoq; magistram
Prævenit ingenio: nec plus sermone morabor
Solus habet scelerum quicquid possedimus omnes
Hunc ego si vestræ res est accommoda turba:
Regalem ad summi perducam principis aulam
Sit licet ille numa gravior: sit deniq; minos:
Cedet: & insidiis nostri flectetur alumni
F Est locus extremum pandit qua gallia littus
Oceani prætentus aquis: quo fertur vlyxes
Sanguine libato populum movisse silentum
Illic vmbrarum tenui stridore volantum
Flebilis auditur quæstus: simulachra coloni
Pallida: defunctasq; vident migrare figuras
G Tunc talia fatur
Ocia te ruffine iuvant: frustraq; iuvente
Consumis florem patriis inglorius arvis
Heu nescis quid fata tibi: quid sydera donent.
Quid fortuna paret: toti dominabere mundo
Si parere velis artus ne sperne seniles
Illecebris capitur: nimiumq; elatus avaro
Pascitur intuitu. ¶ Sic rex ad prima ruebat
Mæonius: pulchro quum verteret omnia tactu:
Sed postq riguisse dapes: fulvamq; reductos
In glaciem vertit latices: tunc munus acerbum
Sensit & invisо votum damnavit in auro
Ergo animi victus: sequimur quocunq; vocabis
Seu tu vir: seu numen ait patriaq; relicta
Aeoas iussu furiæ tendebat ad arces:
Vt longum permensus iter: ductusq; maligno
Stamine fatorum: claram subrepsit in aulam
I licet ambitio nasci: discedere rectum
Venum cuncta dari: profert arcana clientes

Fallit: & ambitos a principe vendit honores
Ingeminat crimen commoti pectoris ignem
¶ At veluti innumeros amnes accedere nereus
Nescit: & vndantem quamuis hinc auriat istrum:
Hinc bibat æstiuum septeno gurgite nilum
Par semper similisq; manet: sic fluctibus auri
Expleri calor ille nequit: quodcunq; monile
Contextum geminis: aut prædia culta fuissent
Ruffino populandus erat dominoq; ferebat
Exitium fœcundus ager metuenda colonis
Fertilitas laribus pellit: detrudit auitis
Finibus aut aufert viuis: aut occupat hæres
Congestæ cumulantur opes: orbisq; ruinas
Accipit vna domus: populi seruire coacti
Plenaq; priuato succumbunt oppida regno
Quo vesane ruis. teneas vtrumq; licebit H
Oceanum laxet rutilos tibi lidia fontes:
Iungantur solium cyri: crœsiq; thyræ:
Nunq̃ diues eris: nunq̃ saciabere quæstu
Semper inops quicunq; cupit. ¶ Contentus honesto
Fabricius paruo: spernebat munera regum:
Sudabatq; graui consul seranus aratro:
Et casa pugnaces curios angusta tenebat.
Hæc mihi paupertas angustior: hæc mihi tecta
Culminibus maiora tuis tibi quærit inanes
Luxuries nocitura cibos. mihi donat inemptas
Terra dapes: rapiunt tyrios tibi vellera succos
Et pituratæ saturantur murice vestes.
Hic radiant flores & prati viua voluptas
Ingenio variata suo fulgentibus illic
Surgunt structa thoris hic mollis panditur herba
Sollicitum curis non abruptura soporem

Turba salutantum latas tibi perstrepit ædes.
Hic auium cantus: labentis murmura riui.
Viuitur exiguo melius. ¶ Natura beatis
Omnibus esse dedit: si quis cognouerit vti.
Hæc si nota forent fruerem simplici cultu
Classica non fremerent non stridula fraxinus iret
Non ventus quateret puppes. non machina muros
I Crescebat scelerata sitis: prædæq; recentis:
Incestus flagrabat amor nullusq; petendi.
Cogendi ve pudor: crebris periuria nectit
Blandiciis: sociat periturο fœdere dextras
Si semel e tantis poscenti quisq; negasset
Effera prætumido quatiebat corda furore:
Quæ sic getuli iaculo percussa leæna:
Aut hyrcana premens raptorem bellua partus:
Aut serpens calcata furit. iurata deorum
Maiestas teritur: nunq͂ reuerentia mensæ:
Non coniunx: non ipse simul: non pignora cæsa
Sufficiunt odiis: non extinxisse propinquos.
Non notos egisse sat est: extinguere ciues
Funditus O nomen gentis delere laborat
Nec celeri mittit læto crudelibus ante
Suppliciis fruitur: cruciatus vincla: tenebras
Dilato mucrone parat. prob sæuior ense
Parcendi rabies concessaq; vita dolori
Quis prodere tanta relatu
Funera. quis cædes posset deflere nefandas.
Quid tale immanes vnq͂ gessisse feruntur.
Vel scinis isthmiaca pinu. vel rupe profunda
Scyron. vel phalaris tauro. vel carcere sylla.
O mites diomedis equi. Busiridis aræ
Clementes: iam cinna pius: iam sparthace lenis

Ruffino collatus eris

Ex.ii.Claudiani In Ruffinum Libro.

Ruffinus (nec enim patiuntur sæua quietem
Crimina pollutæq; negant arescere fauces)
Infandis iterum terras accendere bellis
Incboat:O solito pacem vexare tumultu.
Thessalus ardet ager:reticet pastore fugato
Pelion:emacbias ignis populatur aristas.
Iam plaga pannoniæ:miserandaq; mœnia thracum:
Aruaq; myssorum. ¶ Iam nulli flebile damnum
Sed cursus solennis erat:campusq; furori
Expositus:sensumq; malis detraxerat vsus.
¶ Heu heu quam breuibus pereunt ingentia causis
Imperium tanto quæsitum sanguine tanto
Seruatum quod mille ducum peperere labores
Quod tantis romana manus contexuit annis
Proditor vnus iners:angusto tempore vertit
At stilico zepbyrus quum primum bruma remitti
Et iuga diffusis nudari cœpta pruinis
Partibus italiæ tranquilla inpace locatis
Vtraq; castra mouens pbœbi properabat ad ortus
Gallica discretis æoaq; robora turmis
Complexus nunq̃ tantæ ditione sub vna
Conuenere manus
Haud aliter Xerxem toto simul orbe sequutus
Narratur rapuisse vagos exercitus amnes.
Et telis vmbrasse diem quum classibus iret
Per scopulos tectumq; pedes contemneret æquor.
At procul exanguis Ruffinum perculit borror
Infectæ terrore genæ stetit ore gelato
Incertus peteretne fugam veniam subactus
Posceret:an tantos sese transferret in bostes

Quid nunc diuitiæ. quid fului vasta metalli
Congeries. quid purpureis effulta metallis
Atria. prolatæ ve iuuant ad sydera molles.
Audit iter: numeratq3 dies spacioq3 viarum
Metitur vitam: torquetur peste futura
Nec recipit somnos: & sæpe cubilibus amens
Excutitur: pœnamq3 luit formidine pœnæ
M Iam summum radiis stringebat lucifer hemum
Festinamq3 rotam solito properantior vrget
Tandem ruffini visurus funera titan.
Prosiluit stratis densæq3 capacia turbæ
Atria regifico iussit splendere paratu
Exceptura dapes & quod post vota daretur
Inscribi propriis aurum fatale figuris.
Ipse salutantum reduces post prælia turmas
Iam regale tumens: & principe celsior ibat
Collaq3 fœmineo gestabat mollia gestu
Imperii certus: tegeret seu purpura nudum
Corpus: & ambirent ardentes tempora gemmæ.
Vnus per medios audendi pronior ense
Prosilit erecto: dictisq3: & vulnere toruus
Appetit. hac stilico: quem iactas pellere dextra
Te ferit: hoc absens inuadit viscera ferro.
Sic fatus: meritoq3 latus transuerberat ictu.
Fœlix illa manus talemq3 prima cruorem
Hauserit: & fessi pœnam libauerit orbis.
Mox omnes fodiunt hastis artusq3 nefandos
Dilaniant. vno tot corpore pila tepescunt:
Et non infecto puduit mucrone reuerti.
Hi vultus auidos: & adhuc spirantia vellunt
Lumina: truncatos alii rapuere lacertos
Amputat ille pedes: humerum quatit ille solutis

Nexibus: hic fracti reserat curuamina dorsi
Hic iecur. hic cordis fibras hic pendit anhelas
Pulmonis latebras & spacium non inuenit ira:
Nec locus est odiis: consumpto funere: vix tum
Deseritur: sparsumqȝ cadit per tella cadauer:
Nec minus assiduis certant illidere saxis
Prodigiale caput: quot iam de cuspide summa
Nutabat digna rediens ad mœnia pompa.
Dextera tunc etiam ludo concessa vagatur
Aera petens: pœnasqȝ animi persoluit auri
Terribili lucro: viuosqȝ imitata retentus
Cogitur adductis digitos inflectere neruis:
¶ Desinat elatis quisqꝫ confidere rebus
Instabilesqȝ deos ac lubrica numina discat.
Illa manus quæ sceptra sibi gestanda parabat
Cuius se totiens submissit ad oscula supplex
Nobilitas inhumata diu miseroqȝ reuulsa
Corpore feralem quæstum post fata proposcit.
Aspicia ne quis nimium sublata secundis
Colla gerat: triuiis calcandus spargitur ecce
Qui sibi pyramidas. qui non cedentia templis
Ornatura suos extruxit culmina manes
Et qui sydonio velari credidit ostro
Nudus pascit aues. iacet en qui possidet orbem
Exigue telluris inops & puluere raro
Per partes tegitur: nusqꝫ totiensqȝ sepultus
Senserunt conuexa necem tellusqȝ nefandum
Emolitur onus. ¶ Iam respirantibus astris
Infernos grauat vmbra lacus. Pater Aeacus horrete
Intrantemqȝ etiam latratu cerbarus vrget.
Tunc animæ quas ille fero sub iure peremit
Circumstant: nigriqȝ trahunt ad iudicis vrnam.

Infesto fremitu. veluti pastoris in ora
Collectæ glomerantur apes: qui dulcia raptu
Mella trahit: pœnasqꝫ cient: & spicula tendunt
Et tenuis saxi per propugnacula cinctæ
Rimosam patriam: dilectaqꝫ punicis antra
Defendunt: pronoqꝫ fauos examine velant.
N Est locus in faustis: quo conciliantur in vnum.
Cocytus flegetonqꝫ vadis: Inamœnus vterqꝫ
Alueus: hic voluit lacbrymas: hic igne redundat
Turris per geminos flammis vicinior amnes
Porrigitur: solidoqꝫ rigens a damnante: sinistro
Proluit igne latus: dextra cocycia fundit.
Aequora: triste gemens: & fletu concita plangit.
Huc post emeritam mortalia sæcula vitam
Deueniunt vbi nulla manent discrimina fati
Nullus horror: vanoqꝫ exutum nomine regem
O Perturbat plebeus egens. ¶ Quæsitor in alto
Conspicuus solio pertemptat crimina Minos:
Et iustis dirimit sontes: quos nolle fateri
Viderit ad mala mox transmittit verbera fratris.
Nam iuxta Rhadamantus agit. cum gesta superni
Curriculi: totosqꝫ dieu prospexerit actus
Exequat damnum meritis. ¶ Et muta ferarum
Cogit vincla pati: Truculentos ingerit vrsis:
Prædonesqꝫ lupis: fallaces vulpibus addit:
At qui desidia semper: vinoqꝫ grauatus
Indulgens veneris voluit torpespescere luxu
Hunc suis immundæ pingues detrudit in artus
Qui iusto plus est loquax: arcanaqꝫ sueuit
Prodere. piscosas fertur victurus in vndas
Vt nimiam pensent æterna silentia vocem
¶ Quos vbi per varios annos: per mille figuras

Egit lætheo purgatos flumine.tandem
Rursus ad humanæ reuocat primordia formæ:

Ex.ii. Claudiani. De raptu proserpinæ Libi

DEsine funestis animum proserpina curis
Et vano vexare metu:maiora dabuntur
Sceptra:nec indigni tædas patiere mariti.
Illa ego saturni proles .cui machina rerum
Seruit & immensum tendit per inane potestas:
Amissumne crede diem.sunt altera nobis
Sydera:sunt orbes alii:lumenq3 videbis
Purius:elysiosq3 magis mirabere campos:
Cultoresq3 pios:illic preciosior ætas
Aurea progenies habitat:semperq3 tenemus
Quod superi meruere semel:nec mollia desunt
Parata tibi:zephyris illic melioribus halant
Perpetui flores:quos nec tua protulit ætna.
Est etiam lucis arbor prædiues opacis
Fulgentes viridi ramos curuata metallo:
Hæc tibi sacra datur:fortunatumq3 tenebis
Autumnum:& fuluis semper ditabere pomis.
Parua loquor quicquid liquidus complectitur aer:
Quicquid alit tellus:quicquid maris æquora verrunt
Quod fluuii voluunt:quod nutriuere paludes
Cuncta tuis pariter cedent animalia regnis.
Lunari subiecta globo:qui septimus auras
Ambit:& æternis mortalia separat astris.
¶ Sub tua purpurei venient vestigia reges
Deposito luxu turba cum paupere mixti
Omnia mors æquat. ¶ Tu damnatura nocentes
Tu requiem latura piis.te iudice sontes
Improba cogentur vitæ commissa fateri.
Accipe lætheo famulas cum gurgite parcas.

Sit factum quodcunq; velis .hęc fatus ouantes
Exhortatur equos :& tartara mitis intrat.
¶ Conueniunt animę:quantas truculantior auſter
Decutit arboribus frondes:aut nubibus hymbres
Colligit:aut frangit fluctus:aut torquet harenas
Cunctaq; pręcipiti ſtipantur tartara curſu
Inſignem viſura nurum.

Ex Pręfatione.Lib.iii.De raptu Proſerpinę.

OMnia:quę ſenſu voluuntur vota diurno.
Tempore nocturno reddit amica quies.
Venator defeſſa thoro cum membra reponit.
Mens tamen ad ſiluas:& ſua luſtra redit
Iudicibus lites:aurigę ſomnia currus:
Vanaq; nocturnis meta cauetur equis:
Gaudet amans furto:permutat nauita merces
Et vigil elapſas quęrit auarus opes:
Blandaq; largitur fruſtra ſitientibus ęgris
Irriguus gelido pocula fonte ſopor.
Me quoq; muſarum ſtudium ſub nocte ſilenti
Artibus aſſiduis ſollicitare ſolet.
Namq; poli media ſtellantis in arce videbar
Ante pedes ſummi carmina ferre iouis.

Ex Libris Claudiani in Eutropium.Ex Lib.i.

ASperius nihil eſt:humili cum ſurgit in altum.
Cuncta ferit:dum cuncta timet:deſeuit in omnes
Vt ſe poſſe putent nec belua tetrior vlla eſt:
Q am ſerui rabies in libera colla furentis.
Agnoſcit gemitus:& pęnę parcere neſcit:
Quem ſubiit:dominiq; memor quem verbera odit.

Ex.ii.In Eutropium Libro.

Mygdonii cineres:& ſi quid reſtat Aeoi:
Quod pereat regni:certe non augure falſo

Prodigii patuere minæ: frustraqꝫ peracto
Vulnere: monstriferi præsagia discitis anni.
Cautior ante tamen violentum nauita coruum
Prospicit: & tumidæ subducit vela procellæ
Quid iuuat errores mersa iam puppe fateri.
¶ Tunc decuit sentire nefas. tunc ire recentes
Detersum maculas veteri post obruta morbo
Corpora: pœnias nec quicq̄ admoueris herbas;
Vlcera possessis alte suffusa medulis.
Non leuiore manu: ferro sanantur: & igni.
Ne noceant frustra mox eruptura cicatrix
Ad viuum penetrant flammæ quis funditus humor
Defluat: & vacuis corrupto sanguine venis.
Arescat fons ille mali: truncantur & artus
Vt liceat reliquis secure viuere membris.
Sed quia cæcus inest vitiis amor omn futurum T
Despicitur suadentqꝫ breuem presentia fructum
Et ruit inveritum damni secura libido
¶ Parua poterunt impellere causa
In scelus ad mores facilis natura reuerti.
At nunc qui fœdera rumpit V
Ditatur. qui seruat eget
Quid non longa valebit X
Permutare dies.
In te iam spes vna mihi pro fronde mineruæ: Y
Has tibi protendo lachrymas: succurre ruenti
Eripe me tandem seruilibus eripe regnis
Neue adeo cunctos paucorum crimine damnes
Nec noua tot meritis offensa prioribus obstet
Iam iam flecte animum suprema pericula semper
Dant veniam culpæ. ¶ Quamuis iratus: & exul
Pro patriæ flammis non distulit arma camillus

Ex Claudiano In nuptiis Honorii Augusti & Mariae.

3 NOn quiſquam fruitur veris odoribus
Hyblaeos latebris nec ſpoliat fauos
Si fronti caueat: ſi timeat rubos:
Armat ſpina roſas. mella tegunt apes.

Ex Claudiano. De quarto honori Augusti Conſulatu.

A SI tibi parthorum ſolium fortuna dediſſet
Chare puer: terriſq; procul venerandus aois
Barbarus arſacio conſurgeret ore thiaras.
Sufficiet ſublime genus: luxuq; fluentem
Deſide: nobilitas poſſet te ſola tueri.
Altera romanae longe rectoribus aulae
Conditio: virtute decet: non ſanguine niti.
¶ Maior. & vtilior facto coniuncta potenti
Vile latens virtus: quid enim ſubmerſa tenebris
Proderit. obſcuro veluti ſine remige puppis:
Vel lyra quae reticet vel qui non tenditur arcus.
¶ Hanc tamen haud quiſq; qui non agnouerit ante
Semet: & incertos animi placauerit aeſtus
Inueniet longis illuc ambagibus itur

B Diſce orbis quod quiſq; ſibi quum conderet artus
Noſtros aethereis miſcens terrena Prometheus.
Synceram patri mentem furatus olympo
Continuit clauſtris: indignantemq; reuinxit:
Et quum non aliter poſſent mortalia fingi
Adiunxit geminas ille cum corpore lapſae
Intereunt haec ſola manet buſtoq; ſuperſtes
Euolat hanc alta capitis fundauit in arce
Mandatricem operum proſpecturamq; labori.
Illas inferius collo: praeceptaq; ſummae
Paſſuras domini: digna ſtatione locauit.
Quippe opifex veritus confundere ſacra profanis

Diſtribuit partes animæ ſedeſq3 remouit.
Iram ſanguinei regio ſub pectore cordis
Protegit:inbutam flammis:auidamq3 nocendi:
Præcipitemq3 ſui rabie ſuccenſa tumeſcit.
Contrahitur ſtupefata metu quumq3 omnia ſecum
Duceret:& requiem membris veſana negaret
Inuenit pulmonis opem:madidumq3 fluenti
Præbuit:vt tumidæ ruerent in mollia fibræ.
¶ At ſibi cuncta petens nil celatura cupido
In iecur:& tractus imos compulſa receſſit
Quæ velut immanes reſerat dum bellua rictus
Expleri:paſciq3 nequit:nunc verbere curas
Torquet auaritiæ ſtimulis nunc flagrat amorum
Nunc gaudet nunc mœſta dolet ſaciataq3 rurſus
Exoritur:cæſaq3 redit pollentius hydra
Hos igitur potuit ſi quis ſedare tumultus
Inconcuſſa dabit puræ ſacraria menti.
Tu licet extremos late dominere per indos: C
Te mœdus te mollis arabs:te ſeres adorent
Si metuis:ſi praua cupis ſi duceris ira
Seruitii patiere iugum tolerabis iniquas
Interius leges. ¶ Tunc omnia iure tenebis
Cum poteris rex eſſe tui. ¶ Proclinior vſus
In peiora datur ſuadetq3 licentia luxum
Illecebriſq3 effrena fauet tunc viuere caſtæ
Aſperius quum prompta venus tum durius iræ
Conſuluimus quum pœna patet. ¶ Sed comprime motus
Nec tibi quid liceat ſed quid feciſſe decebit
Occurrat:mentemq3 domet reſpectus honeſti
Hoc te præterea crebro ſermone monebo D
Vt te totius medio telluris in orbe
Viuere cognoſcas:cunctis tua gentibus eſſe

Facta palam: nec posse dari regalibus usquam
Secretum vitiis. nam lux altissima fati
Occultum nil esse sinit. latebrasqꝫ per omnes
Intrat: & obstrusos implorat fama recessus
Sis pius in primis. nam quum vincamur in omni
Munere. sola deos æquat clementia nobis
Neu dubie suspectus agas neu falsus amicis:
Rumorum ve avidus: qui talia currit inanes
Horrebit strepitus: nulla non anxius hora
Non sic excubiæ: nec circumstantia pila:
Quam tutatur amor: non extorquebis amari
Hoc alterna fides: hoc simplex gratia donat
Non ne vides operum qui se pulcherrimus ipse
Mundus amore ligat. nec vi connexa per æuum
Conspirant elementa sibi. qui limite phœbus
Contentus medio: contentus littore pontus:
Et qui perpetuo terras ambitqꝫ: vehitqꝫ
Nec premat incumbens oneri. nec cesserit aer
Qui terret plus iste timet. sors ista tyrannis
Conuenit: inuideant claris: fortesqꝫ trucident
Muniti gladiis viuant: septiqꝫ venenis:
Ancipites habeant artes: trepidiqꝫ minentur
Tu ciuem patremqꝫ geras. tu consule cunctis
Nec tibi. nec tua te moueant: sed publica vota
In commune iubes: si quid: censesqꝫ tenendum
Primus iussa subi: tunc obseruantior æqui
Fit populus: nec ferre vetat quum viderit ipsum
Auctorem parere sibi. Componitur orbis
Regis ad exemplum nec sic inflectere sensus
Humanos edita valent quam vita regentis
Mobile mutatur semper cum principe vulgus
His tamen effectis nec fastidire minores

Neu pete prescriptos homini transcendere fines
Inquinat egregios adiuncta superbia mores
Nec desine tales F
Nate sequi:si bella tonant prius agmina duris
Exerce studiis & saeuo praestrue marti
Non brumae requies :non hybernacula segnes
Eneruent torpore manus
Si longa moretur
Obsidio tum vota caue secura remittis
Inclusumqз putes multis damnosa,fuere
Gaudia dispersi pereunt somnoqз soluti
Saepius incautae nocuit victoria tarbae
Neu tibi regificis tentoria longa redundent
Deliciis non imbelles ad signa ministros
Luxuries armata trabat neu flantibus austris
Neu pluuiis caedas :neu defensura calorem
Aurea summoueant rapidos vmbracula soles
Inuentis vtere sibis solabere partes
Aequali sudore tuas si collis iniquus
Primus ini.syluam si caedere prouocat vsus
Ne pudeat sumpta quercum strauisse bipenni
Calcatur si pigra palus tuus ante profundum
Praetentet sonipes.primus tu protere curru
Haerentes glacie liquido tu scinde natatu
Nunc eques in medias equitum te consere turmas
Nunc pedes assistas pediti.tum promptius ibunt
Te socio.tum conspicuus gratusqз geretur
Sub te teste labor
Interea musis animus dum mollior instet G
Et quae mox imitere legas nec desinat vnqз
Tecum graia loqui tecum romana vetustas
Antiquos euolue duces assuesce futurae

Militia latium retro te confer in æuum
Libertas quæsita placet miraberebrutum
Perfidiam damnans metii saciabere pœnis
Triste rigor nimius torquati despice mores
Mors impensa bonum detios venerare ruentes
Vel solus quid fortis agat te ponte soluto
Oppositus cocles mutii te flamma docebit
Quid mora perfringat fabius: quid rebus in artis
Dux gerat: ostendet gallorum strage Camillus
Discitur hinc nullos meritis obsistere casus
Prorogat æternam feritas tibi punica famam
Regulæ successus superat aduersa catonis
Discitur inquantum paupertas sobria possit
Pauper erat curius reges quum vinceret armis
Pauper Fabricius: pyrrhi quum sperneret aurum
Sordida seranus flexit dictator aratra
Lustrata lictore casæ: fascesq3 salignis
Postibus affixi: collecte consule messes:
Et sulcata diu trabeato rura colono
Hæc genitor præcepta dabat. velut ille carinæ
Longeuus rector: variis quem sæpe procellis
Explorauit hyems: ponto iam fessus & annis
Aequoreas alni nato commendat habenas:
Et casus artesq3 docet: quo dextra regatur
Sidere quo fluctus possit moderamine falli
Quæ nota nimborum: quæ fraus infida serenis
Quid sol occiduus prodat: quo saucia vento
Decolor iratos attollat cynthia vultus

H Perdurat non empta fides: nec pectora merces Alligat
I Præmissa futuris
Dant exempla fidem
Ex Claudiano In Consulatum Manlii Theodori

IPsa quidem virtus precium ſibi: ſolaqꝫ late K
Fortunæ ſecura nitet: nec faſcibus vllis
Erigitur plauſu ve petit clareſcere vulgi
Nil opis externæ cupiens: nil indiga laudis
Diuitiis animoſa ſuis: immotaqꝫ cunctis
Caſibus. ex alta mortalia deſpicit arce
Hanc tamen inuitam blande veſtigat & vltro
Ambit honor. docuit totiens a rure profectus
Lictor: & in mediis conſul quæſitus aratris
Nec te tot limina rerum: L
Aut tantum turbauit onus. ſed vt altus olympi
Vertex: qui ſpacio ventos: hyemeſqꝫ reliquit
Perpetuum nulla temeratus nube ſerenum
Celſior exurgit pluuiis: auditqꝫ ruentes
Sub pedibus nimbos: & rauca tonitrua calcat
Sic patiens animus per tanta negotia liber
Emergit ſimiliſqꝫ ſui: iuſtiqꝫ tenorem
Flectere non odium cogit. non gratia ſuadet
Qui fruitur pœna ferus eſt: legumqꝫ videtur M
Vindictam preſtare ſibi: cum viſcera felle
Canduerint: ardet ſtimulis: ferturqꝫ nocendi
Prodigus ignarus cauſæ. ¶ Diis proximus ille eſt
Quem ratio non ira mouet: qui facta rependens
Conſilio punire poteſt mucrone cruento
¶ Se iactent alii ſtudeant feritate timeri
Addictoqꝫ hominum cumulent æraria cenſu
Lene fluit nilus: ſed cunctis amnibus extat
Vtilior: nullas confeſſus murmure vires:
Acrior at rapidus tacitas prætermeat ingens
Danubius ripas: eadem clementia ſæui
Gurgitis immenſum deducit in hoſtia gangem:
Torrentes immane fremant: lapſiſqꝫ minentur

Pontibus inuoluant ſpumoſo vertice ſiluas
Pax maiora decet.peragit tranquilla poteſtas
Quod violenta nequit:mandataqꝫ fortius vrget
Imperioſa quies.

Ex Claudiano.In Stiliconis laudes Primo

N ET enim mortalibus exquo
Tellus cœpta coli:nunq̄ ſincera bonorum
Sors vlli conceſſa viro quem vultus honeſtat
Dedecorant mores animus quem pulchrior ornat
Corpus deſtituit
O Ductor ſtilico tot gentibus vnus
Quas vel progrediens vel conſpicit occiduus ſol
In quo tam vario vocum:generumqꝫ tumultu
Tanta quies:iuriſqꝫ metus ſeruator honeſti
Te moderante fuit nullis vt vinea furtis
Vt ſeges erepta fraudaret meſſe colonum
Vt nihil aut ſæuum rabies:aut turpe libido
Suaderet placidi ſeruirent legibus enſes
¶ Scilicet in vulgus manant exempla regentum
Vtqꝫ ducum lituos:ſic mores caſtra ſequuntur

In Stiliconis laudes.Secundo.

P PRincipio magni cuſtos clementia mundi:
Quæ Iouis incoluit zonam:quæ temperat æthram
Frigoris:& flammæ mediam:quæ maxima natu
Cælicolum:nam prima chaos clementia ſoluit
Congeriem miſerata rudem:vultuqꝫ ſereno
Diſcuſſis tenebris in lucem ſæcula fudit
¶ Hæc dea pro templis:& thure calentibus aris
Te fruitur:poſuitqꝫ ſuas hoc pectore ſedes:
¶ Hæc docet vt pœnis hominum:vel ſanguine paſci
Turpe ferumqꝫ putes:vt ferrum marte cruentum
Sic cum pace premas:vt non infenſus alendis

Materiam præſtes odiis: vt fontibus vltro
Ignouiſſe velis deponas ocius iram
Quam moueas precibus: nunꝙ implacabilis aſtes
Obuia proſternas: proſtrataqꝫ more leonum
Deſpicias: alacres ardent qui ſternere tauros
Tranſiliunt prædas humiles: hac iſte magiſtra
Dat veniam victis: hac exhortante calores
Horrificos & quæ nunꝙ nocitura timentur
Largia contentus ſo'o terrore coercet
Aetherei patris exemplo: qui cuncta ſonoro
Concutiens tonitru cyclopum ſpicula defert
In ſcopulos: & monſtra maris mæſtriqꝫ cruoris
Parcus: in œtæis exercet fulmina ſyluis
¶ Hinc diuæ germana fides: eademqꝫ ſororis
Corde tuo delubra tenens ſe ſe omnibus actis
Inſerit. Hæc nullo docuit liueſcere fuco
Nunꝙ falſa loqui: nunꝙ promiſſa morari
Inuiſos odiſſe palam non virus in alto
Condere non lætam ſpeciem prætendere fraudi
Sed certum mentiqꝫ parem componere vultum
Occulto ſeruire vetat: prodeſſe remittit
Hæc & amicitias longo poſt tempore firmat
Menſuroqꝫ adamante ligat: nec mobile mutat
Ingenium paruæ ſtrepitu: nec vincula noxæ
Diſſolui patitur: nec faſtidire priorem
Allicitur veniente nouo bene facta tenere
Reſpuere offenſas facillis: pariterqꝫ minoris
Officii: magniqꝫ memor ſuperare laborat
Vtqꝫ hoſtes armis, meritis ſic vincit amicos
Hæc fouet abſentes hæc longe ſola remotis
Conſulit hæc nullis auidam rumoribus aurem
Pandit & ignauum nunꝙ læſura clientem

Insidiosa tuos alienent murmura sensus
Non viuis annexus amor: meminisse sepultos
Desinit in prolem transcurrit gratia patrum.

P. Omnes præterea puro quæ crimina pellunt
Ore deæ: vbixere choros: vnoq; receptæ
Pectore: diuersos tecum cinguntur in vsus:
¶ Iusticia vtilibus rectum præponere suadet:
Communesq; sequi leges: iniustaq; nunq̃
Largiri sociis durum patientia corpus
Instruit: vt nulli cupiat cessisse labori
Temperies. vt casta petas. prudentia: ne quid:
Inconsultus agas: constantia. futile ne quid:
Infirmumq; geras: procul importuna fugantur
Numina monstriferis: quæ tartarus edidit antris
¶ At primum scelerum matrem: quæ semper habendo
Plus sitiens patulis rimatur faucibus aurum
Trudis auaritiam. ¶ Cuius fœdissima nutrix
Ambitio: quæ vestibulis: foribusq; potentum
Excubat: & preciis commertia poscit honorum
Pulsa simul
Nec te iocunda fronte fefellit
Luxuries predulce malum. quæ dedita semper
Corporis arbitriis: hebetat caligine sensus
Membraq; circæis effœminat acrius herbis
Blanda quidem vultu: sed qua non tetrior vlla
Interius fucata genas: & amicta dolosis
Illecebris: toruos aura circumligat hydros
Illa voluptatum multos innexuit hamis
Quin ipsa superbia longe
Dicessit. vitium rebus solenne secundis
Virtutumq; ingrata comes:

R Plus est seruasse repertum

Quam quæsisse decus

In Stiliconis laudes. Tertio

Nulli pars æmula defuit vnq̃: S
Quæ grauis obstreperet laudis: stimulisq; malignis
Facta sequebatur quamuis ingentia liuor
Solus hic inuidiæ fines virtute reliquit:
Humanumq; modum: quis .n. liuescere possit
Quod nunq̃ pereunt stellæ. quod Iuppiter olim
Possideat solum. quod nouerit omnia phœbus.
Est aliquod meriti spacium quod nulla furentis
Inuidiæ mensura capit:

Fallitur egregio quisquis sub principe: credit T
Seruitium: nunq̃ libertas gratior extat:
Quam sub rege pio.

Nec terminus vnq̃ V
Romanæ dictionis erit. Nam cætera regna
Luxuries vitiis: odiisq; superbia vertit
Sic male sublimes fregit spartbanus athenas
Atq; idem thebis cecidit. sic mœdus ademit
Assyrio: mœdoq; tulit moderamina perses:
Subiecit persen macedo: cessurus & ipse
Romanis hæc auguriis firmata sybillæ

Ex Ausonii Epig. Lib. Exhortatio ad Modestiam

Fama est fictilibus cœnasse Agathoclea regem X
Atq; abacum samio sæpe onerasse luto
Fercula gemmatis cum poneret aurea vasis
Et misceret opes pauperiemq; simul
Quærenti causam respondit. Rex ego qui sum
Sicaniæ figulo sum genitore satus
Fortunam reuerenter habe quicunq; repente
Diues ab exilii progrediere loco

De Vxore quæ virum veneno necare voluit

y Troxica zelotypo dedit vxor mœcha merito:
Nec satis ad mortem credidit esse datum.
Miscuit argenti lætalia pondera viui.
Cogeret vt celerem vis geminata necem:
Quampia cura deum prodest crudelior vxor
Et cum fata volunt binavenena iuuant.

Ad Gallam puellam iam senescentem.

z Senescimus: effugit ætas
Obrepsit non intellecta senectus:
Nec reuocare potes: qui periere dies.

De nomine cuiusdã Lucii in marmore sculpto.

A Miremur periisse homines: monumenta fatiscunt
Mors etiam saxis: nominibusq; venit.

Ad Philomusum qui librorũ copia se doctũ arbitrabatur.

B Emptis quod libris tibi biblioteca referta est
Doctum & grammaticum te philomuse putas:
Hoc genere: & chordas & plectra: & barbita conde
Hoc die mercatus cras citharœdus eris.

De Effigie Crœsi Regis.

C Effigiem rex crœso tuam ditissime regum:
Vidit apud manes diogenes cynicus
Constitit vtq; procul: solita maiore cachino
Concussus dixit quid tibi diuitiæ
Nunc prosunt regum. Rex o ditissime: cum sis:
Sicut ego solus me quoq; pauperior.
Nam quæcunq; habui mecum fero: cum nihil ipse
Ex tantis tecum crœse feras opibus.

Ex Greco traductum. Ad cupidinem

D Incipe: dimidium facti est cœpisse: superfit
Dimidium. rursum hoc incipe: & efficies.

Ex Greco.

E Gratia quæ tarda est: Ingrata est: gratia namq;

Cum fieri properat: gratia grata magis.

Ex Eodem

Si bene quid facis. facias cito nam cito factum
Gratum erit. Ingratum gratia tarda facit.

Ex Ausonii opusculum De septem sapientum sententiis. Bias Pireneus.

Quae nam summa boni. Mens quae sibi conscia recti. F
¶ Pernicies hominum que maxima. Solus homo alter
Quis diues. Qui nil cupit. ¶ Quis pauper. Auarus G
Quae Dos matronis pulcherrima. vita pudica. H
¶ Quae casta est. De qua mentiri fama veretur.
Quod prudentis opus. Cum possit: nolle nocere. I
Quid stulti proprium. Non posse & velle nocere.

Pytacus Mitilenus.

Loqui ignorabit: qui tacere nescit. K
Demens superbis inuidet foelicibus. L
Pareto legi quisquis legem sanxeris. M
Plures amicos re secunda compares. N
Paucos amicos rebus aduersis proba.

Cleobolus Lyndius.

Quanto plus liceat: tanto libeat minus. O
Fortunae inuidiae est immeritus miser.
Foelix criminibus non erit diu. P
Ignoscas alii multa: nihil tibi.
Maior meritis gloria non datur. Q
Turpis saepe datur fama minoribus.

Periander Coryntbius.

Numquam discedat vtile a decoro. R
Mortem optare malum: timere peius
Faxis vt libeat quod est necesse. S
Multis terribilis: caueto multos.
Si fortuna iuuat caueto tolli. T

Si fortuna iuuat caueto mergi

Solon Athenienfis.

V Tunc dico beatam vitam cum practa facta sint:
X Par pari iugato coniunx: quod impar est dissidet:
y Non erunt honores vnq̃ fortuiti muneris.
A Clam coarguas propinquum: palam laudaueris
B Pulchrius multo parari. quam creari nobilem.
C Certa si decreta sors est: quid cauere proderit
Siue sint incerta cuncta: quid timere conuenit.

Chilo Lacedæmonius.

D Viue memor mortis immemor vt sis viue salutis
E Tristia cuncta exuperans. ℂ Aut animo aut amico
Tu bene si facias non meminisse fas est
F Grata senectus homini parilis iuuentæ.
ℂ Illa iuuentus grauior quæ similis senectæ

Tales Milesius.

G Turpe quid ausurus te sine teste time
ℂ Vita perit: mortis gloria non moritur.
H Quid facturus eris dicere sustuleris
ℂ Crux est si metuas vincere quod nequeas:
I Cum vere obiurges sic inimice viuas.
ℂ Nihil nimium satis est: ne sit & hoc nimium.

De Septē sapientibus Ex græco.

K Chilo cui patiens lacedæmon Noscere se ipsum.
L Periandes trepidam moderare corinthius iram.
M Et mitylenæis nimium nil Pittacus oris.
N Mensuram optimum ait Cleobolus lyndius in re:
O Expectare Solon finem docet ortus athenis.
P Plures esse bias prauos: quem clara priene.
Q Mileti fugisse Thales vadimonia alumnus.

Aegloga Ausonii aurea de ambiguitatæ vitæ eligēdæ.

R Quod vitæ sectabor iter. si plena tumultu

Sunt fora. si curis domus anxia. si peregrinos
Cura domus sequitur. Mercantem si noua semper
Damna manent. Cessare vetat si turpis egestas.
Si vexat labor agricolam. Mare naufragus horror
Infamat pœnæq; graues in celibe vita.
Et grauior cautis custodia vana maritis
Sanguineum si martis opus. si turpia lucra
Fœnoris & velox inopes vsura trucidat.
Omne æuum cura. Cunctis sua displicet ætas.
Sensus abest paruis lactentibus. & puerorum
Dura rudimenta. & iuuenum temeraria pubes.
Afflictat fortuna viros per saxa per æquor
Iras: insidiasq;: cathenatosq; labores
Mutandos semper grauioribus. ipsa senectus
Expectata diu: votisq; optata malignis
Obiicit innumeris corpus lacerabile morbis:
Spernimus in commune omnes præsentia quosdam
Constat nolle deos fieri futura reclamat
Quo vitam dedit æternam. Cur mortis adempta est
Conditio. sic caucasea sub rupe Prometheus
Testatur: saturnigenam nec nomine cessat
Incursare Iouem. data quod sit vita perhennis.
Respice & ad cultus animi. sic nempe pudicum.
Perdidit Ipolitum non fœlix cura pudoris.
At contra illecebris maculosam ducere vitam
Quem iuuat. Aspice & ad pœnas & crimina regum.
Tereos incæsti: vel mollis sardanapalli.
Perfidiam vitare monent tria punica bella.
Sed prohibet seruare fidem deleta saguntos.
Viue: & amicitias semper cole crimen ob istud
Pitagoreorum periit scola docta sophorum.
Hoc metuens igitur nullas cole. Crimen ob istud

Timon palladiis olim lapidatus athenis.

Dissidet ambiguis semper mens obuia votis
Nec voluisse homini satis est: optata recusant.
Esse in honore placet: mox penitet: & dominari
Vt possint seruire volunt. Idem auctus honore
Inuidiæ obiicitur. Pernox est cura disertis
Sed rudis ornatu vitæ caret. Esto patronus:
Et defende reos. sed gratia rara clientis.
Esto cliens: grauis imperiis persona patroni.
Exercent hunc vota patrum. mox aspera curis
Sollicitudo subit. Contemnitur orbaq; senectus:
Et captatoris præda est hæredis egenus:
Vitam parcus agas: Auidi lacerabile fama:
Et largitorem grauius censura notabit.
Cunctos tibi aduersis contraria casibus. Ergo
Optima graiorum sententia. quippe homini aiunt
Non nasci esse bonum. natum aut cito morte potiri.
Sed contra alterius sectator dogmatis. Ista
Quid doceat reprobans subdita disce legens.

¶ Ergo nil quoniam vita est quod amemus in ista
Nec tamen incassum fas est nos credere natos
Auctorem vitæ si iustum credimus esse.
Vita alia est nobis illi viuendo paranda.
Cum quo post istam possimus viuere vitam.
Illi autem stygias properent descendere ad vmbras
Pitagoreorum stolidum: qui dogma secuti
Non nasci sese: quam natos viuere malunt.

Hec ex fausti clarissimi poete francorum regis quibusdam opusculis cognitione dignissima excerpta sunt.

In epistola ad thomam ante elegias

OMnis mortales ea lege natos esse nō ignoras vt aliquādo breuem hanc vitam tanꝗ̄ vsuarium depositum reddituri sint A

Vnumquēqꝫ diuine rationis participem magno opere niti decet vt id tandem assequatur vt animi memoriam immortalem sempiternamqꝫ relinquat. B

Is profecto inter bruta ab omni prorsus ratione aliena connumerandus est qui nihil omnino agat quo sese aliquando vixisse testificetur. C

Beatissimus est ille qui ex incerta atqꝫ instabili fortuna minime dependeat sed que sua omnia in se vno duntexat collocet. D

Quis tam indoctus tāqꝫ rudis atqꝫ expers est qui non ad vnguem exploratum habeat eternam ipsam virtutem nullo vnꝗ̄ casu frangi posse. E

Diuina siquidem virtus tantum terrenis istis rebus prestat ꝗ̄tum splendor inueterate rubigini preferādus est. F

Quid enim atalice diuitie quid placētine delitie quid epicuri voluptates vel pdesse vel durare possunt ille enim mutabiles atqꝫ caduce breui dilabuntur. G

Sicut anhelans equus vrgentibus calcaribus ad tangendam metam accelerat ita generosus animus acrioribus stimulis ad superādam alienam virtutem premitur. H

Immensa siquidem laus breuiuscula oratione comprehendi non potest. I

Verum enimvero quo magnanimus vir grauiorem calamitatem equo animo patitur eo maiorem gloriam consequetur. K

L Strēnuus animus contraria calamitate veluti purū aurum ardenti camino conspicitur.

M Tanta enim vel ignorantium incredulitas vel inuidorum iniquitas est vt ea in quouis etiam disertissimo laboriosissimoqȝ viro incredibilia existimētqua obtusi atqȝ secordes ipsi non modo non attingere sed ne cogitare quidam possint.

N Summe ingratudinis damnandus est Is qui accepto beneficio maiorem mensuram suggerente presertim facultate non reddat.

O Ingratitudo tam execrabilis est vt quod ea detestabilius sit certe adinueniatur nihil.

In prima elegia.

P SI fera contraxit vultus fortuna serenos
Instabiliqȝ meas sorte rotauit opes
Non tamen est duri metuenda potentia casus
Nec grauis ex alto lapsa ruina loco
Q Hinc melior dubiis semper fortuna periclis
Et speranda mea causa salutis adest
R Magna salutifere soluenda est gratia dextre
Cum moriens medicam senserit eger opem
S Magis aucta ligant generose munera frontis
Maior & vberius gratia fenus habet.

In secunda elegia.

T Sint licet æterna perfusa pœmata cedro
Nulla fatigate præmia laudis habent
V Et pannosa iacet neglectis musa poetis
Tam mala tam presens sydera tempus habet
K Si nouus excudat tornata pœmata vates.
Qualia vel summo digna maiore putas
Menius insurgit banio commitatus inepto
Et fatuus simili cherulus arte furit

Scilicet ignaro despecta est gemma popello
Si foret expertis nota probata foret
Menala nil dulces gustant pecuaria cignos
Nec facit ad spurcum culta minerua suem
Inuida nam diri plena est que turba veneni
Proiicit in nostrum sedula tela caput
Scilicet inuisa est aliene gloria laudis
Raraqꝫ vipereo murmure fama caret
Quis nisi stultus erit veri contemptor amici
Nescio que constans vincula fedus habet
Non potuit liuor morsu rabiosus edaci
Dissociare pia pectora iuncta fide
Est aliquid socio candidiore frui
Quaslibet exellit certus amicus opes
Liuidus irrumpat solito si zoilus ore
Vt magis inuideat sepius ista legat.

In elegia quarta.

Quid iuuat assiduo scalentia pectora planctu
Et rigido madidas vngue notare genas
Ponite sollicita conceptos mente dolores
Mestaqꝫ non parui conscia signa mali
Nubila tranquillis miscentur tempora rebus
Vt noua per durum gloria plangat iter.
Fortia difficiles superantia pectora casus
Inclita perpetue nomina laudis habent
Scilicet humanos mens est infusa per artus
Ne sua det rigido colla premenda iugo
Flere quod est aliquo numꝙ reuocabile luctu
Ingenii non est experientis opus
Subdita stant certo mortalia corpora fato
Cunctaqꝫ precipiti tempore fluxa ruunt
Tam nimis humanum celeri genus interit hora

Turgida ꝙ pluuie bulla liquescit aqua

R Tradita cuiqꝫ sua est nascenti meta creato
Debita quam nullo preterit hora gradu

S Nec quisꝙ hanc potuit fatorum auertere legem
Nec rara per triplices fila secare deas

T Immoti statuit quæ prouida cura tonantis
Sunt ea perpetuo firma futura loco

V Cuncta licet veteres repetant primordia causas
Quodqꝫ suis clausum finibus extet opus

X Conscia finceras prætentant gaudia mentes
Et bona compositis motibus aucta iuuant

Y Ima petit numꝙ succumbere nescia virtus
Illa sed in victo peruolat alta pede

A Sola etenim magni scandit penetralia cœli
Qua nullis virtus casibus icta ruit

In elegia quinta.

B Quam grauis heu lesi numinis ira nocet

C Nil iuuat amisso claudere septa grege

In sexta elegia

D Semper enim rector cura stimulatus edaci
Pro populo debet peruigil esse suo

E Non nisi sunt alta magna sonanda tuba

In septima elegia

F Arctanda est spacio queqꝫ loquela breui

G Regia non omnes septra decenter habent

H Regnat enim misero varius sub corpore langor
Feda nec immundo pars vacat vlla situ

I Solus ab angusto tempore clausus homo est

K Auxilium præstare pium nec inutile debet
Officium natis cura paterna suis

L Postulat ipsa decens semper sua premia virtus
Qua datur ex merito gratia iusta datur

In octaua elegia

Assiduo maior latratu gloria crescit M
Vilia non vllus carmina liuor edit
Est aliquid primo manifestum carmine nomen N
Semper & infestos pellere posse canes
Scilicet hanc tetrice legem statuere sorores O
Quelibet vt certa morte creata ruant
Fixa viret semper stabili sapientia corde P
Nec timet extremos candida fama rogos
Quilibet inuicto sub duce tutus abit Q

In nona elegia

Tot noua composuit mendax figmenta vetustas R
Quot latum immensas continet equor aquas
Inclita materies firmissima robora prestat S
Et carmen vena fertiliore fluit

In decima elegia

Scilicet agresti capta est dulcedine musa T
Et loca condendum deuia carmen amat
Pondera magnanimum semper subit ardua pectus V
Atqꝫ opus exactum lima suprema facit

In duodecima elegia

Non est magnanimi frena subire ducis X
Sepius & fortis minimo leo concidit ictu y
Sepius & vili est casse retentus aper
Instantem capiunt melius duo vincula taurum A
Singula quod nequeunt robora: bina tenent
Quis queat inuitis ferre trophea deis B
Inuida quem rapuit partum fortuna triumphum C
Nobilis hunc virtus marte fauente dedit
Ipsi etiam admittunt tenuissima munera diui D
Prestita vincuntur pectore dona pio
Magna dabit qui magna potest mihi parua potenti E

Paruaqȝ poſcenti parua dediſſe ſat eſt

In elegia decima tertia.

F Iam valeat diues flaua pactolus arena
Grandius eſt docto munus ineſſe choro

In elegia decima quarta.

G Turpiter alchinoo dantur mala poma feraci
Mixtaqȝ puniceis ſtat male lapa roſis

In elegia decima quinta

H Noc niſi nature res venit apta ſue
I Nil iuuat intonſo comitatus apoline vates
Nullaqȝ pierius fenora redit ager
K Non bene conueniunt mitti fera bella poete
Nec bene diſcordi ſtridet auena ſono
L Tergende quicunqȝ note contemptor abluit
Se docet eiuſdem criminis eſſe reum
M Peſſima ſollicito vellenda eſt herba colono
Ne pereat ſola plurima labe ſeges

In elegia decima ſexta

N Eſt bona crinita capienda occaſio fronte
Parte nequit calua poſteriore capi
O Poſſidet innumeros docta talia nudas

In decima ſeptima.

P Temporis elapſi ſumma eſt meminiſſe voluptas
Cum fuit officio functa iuuenta bono
Q Quiſqȝ ſuam debet verſus habere diem
R Quamqȝ decet proprio muſam ſuccurrere vati
Rebus in optatis gratior aura venit

In decima octaua.

S Fluctuat vt variis agitatum flatibus equor
Humane miſerum conditionis opus
T Debilis infirmos cum vita reliquerit artus
In noua preteritus gaudia moror abit

In dec'ma nona

Credimus æternum nullo mutabile seclo V
Numen ad humana conditione procul
Credimus vt pateant rerum est cui summa potestas X
Quæ sunt quæ fuerint queq; futura manent
Credimus antiqua genitos ab origine cœlos y
Ipsaq; librati pondera facta soli
Credimus intacta natum de virgine xp̄m A
Qui vero ex vero lumine lumen adest
Credimus esse triplex vno sub numine numen B
Et pia pro sancta condita iura fide
Credimus & puro manantem fonte liquorem C
Omnia qui fusis crimina tollit aquis
Vera salutiffere fateor libamina vitæ D
Quæ vino immixtum sanguine corpus habent
Credimus ætherea venturum nube tonantem E
Vt totum equata lance rependat opus
In sua confiteor redituras corpora mentes F
Optata vt sensus luce potitus eat
Horrida confiteor dire tormenta gehenne G
Pectora quæ tristi labe notata ferent
Credimus vt superam purgatis scandat in arcem H
Spiritus & meritis premia digna suis

In vigesima elegia

Non semper pluuio madefacta est terra liquore I
Nec semper tumida naufraga pupis aqua
Nemo vel ingenti mersus desperet in vnda K
Sæpe fit expulsa nube serena dies

In vigesima prima

Tam bene rara decet generoso in pectore virtus L
Lucida q̄ fuluo gemma sub orbe nitet
Aurea sub mitti sæcula rege micant M

N Quæ prostrata iacent populantibus omnia telis
Non nisi composita surgere pace queunt
O Quam bene iusta decent cunctos moderamina reges
Q statꝰ immota lege tenendus adest
P Summus bonor tetrici summa est reuerentia iuris
Quo sine nil regum est imperiosus apex
Q Si regat in iustis subiectum legibus orbem
Qui saperet nullum crederet esse iouem
R Adde ꝙ ipsa fides nullo violabilis auro
Purior intacta candidiorq; niue
S Est aliquid seruasse suis data federa verbis
Et niuea pactam simplicitate fidem
T Obuia preda iacet rapido data terra tyranno
Et nullum est quod non audeat ille nephas
V Optimus est babili tondet qui forcipe pastor
Nec proprio miseras vellere glubit oues
X Quilibet bumana deductus origine princeps
Non nisi mansueto principe digna facit
y Sit licet immensi spaciosa licentia regis
Attamen est frenis illa domanda suis
A Si data peccandi magna est occasio maior
Oblato virtus abstinuisse malo

Non timet inuictum contraria spicula robur B
Conueniunt magno fortia corda duce
Strennuus occumbit contempto vulnere ductor C
Qui bona magnanimo publica corda gerit
Incolit etherei qui mixtica sacra tonantis D
Semper habet faciles in sua vota deos
Si contempta pii iaceant solemnia cultus E
Tarda sed ingenti fenore pena venit
Prouida querenda est habilis sensura senecte F
Usibus & longo tempore quisq3 valet
Incautos tantum superat prudentia q̄ptum G
Obscurum a claro lumine distet opus
Aut claros equare duces aut vincere certat H
Emula quem vere gloria laudis alit
Ardua testantur iuuenili gesta calore I
Quelibet euentus signa futura sui
Tanta licet nostras superant preconia vires K
Sepe tamen paruo magna sub ore latent

In vigesima secunda

Tramite non vno quisq3 poeta meat L
Nunq̄ natiue fraudenda est gratia sortis M
Meta nec ingenii transilienda sui
Non audens timidum medio se credere ponto N
Proxima litoreis cymba vehatur aquis
Nam faber artificem nitens superare priorem O
Sepe opus edocta cultius arte polit
Ambitiosa breui discordia destruit hora P
Omnia qua multo parta labore vigent
Non capit ingentes area parua rotas Q

In vigesima tertia

Strennuus hostilem dubitans inuadere turmam R
Si prima inspiciat ductorem in bella ruentem

Inlicit hic medium sese furibūdus in agmen

In vigesima quarta

S Ah cito pacta fides puerili ardore labascit
Arida nam grauius pondus arista gerit
T Dulcis amor semper tristis amaror erit
V Omnia qui summi cupiet tormenta doloris
Corda cupidinea sentiat icta manu

In vigesima sexta

X Stultus erit leuibus credet quicunq; puellis
Instabilis varium femina nomen habet
y Non ita flante noto frondes agitantur inanes
Futilis vt mulier mobile pectus habet
A Maxima corrumpit queque rebellis amor
B Scilicet inuicto nullus vel maior achille
Cecat potest taciti tela cauere doli
C Femina si nescis solos petit improba nummos
Femina per cunctum surgit auara nephas
D Femina dum blandis stringit tua colla lacertis
Tunc loculis tendit retbia cauta tuis
E Dum superest nummus domine tradendus auare
Dulcior hibleo melle receptus eris
F Forsitan ipse tuum nequeas si pauper amorem
Pascere dilecto limine pulsus abis
G Hercule si dextro census reparabilis ademptos
Postibus expassis ianua tota patet
H Quis nisi mentis inops reuocatē curat ad hamū
Expertos casses prouida vitat auis
I Heu fuge blandicias molles quas subdosa syren
Dulcibus illecebris in tua damna mouet
K Heu fuge dulichio vinctus tua corpora malo
Obruta ne vasto gurgite preda natet
L Quisquis amator erit vafreq; amplexor amice

Portubus in mediis naufraga membra dabit
In vigesima septima
Certior in duris rebus habetur amor M
Ambiguus dextre sortis amicus adest N
Emonerata iuuant dubie discrimina vita O
Cum fruitur tutis sedibus alta quies
Omnis humus fateor fortissima pectora condit P
At sita sunt primo molius ossa solo
Sumenda est grata qua datur hora manu Q
In vigesima octaua
Scilicet amice magna est iactura iuuente R
Irreuocanda cito praterit hora gradu S
In vigesima nona
Nil clarum offendit crassa papirus opus T
Scilicet & medio preciosa stercore gemma V
Et redolent putri balsama mixta fimo
Nec bene rara iuuat cultu membrana scribo X
Si dignum informi verme poema manet
Omne vel in cecis vicium dignoscitur vmbris Y
Nulla etenim tetrico iudice menda vacat
Grande sophos referas pannosa veste placebis A
Maior & exili paupere fama venit
In trigesima
Ebria quid tandem multo caupona falerno B
Perfida quid meretrix damnosa quin alea prodest
Sic viuis turpi brutarum more ferarum
Si gratior prostrata iacet sic stulta iuuenta
Ignauum consumit iter nulloqз probandum
Tempore ducit opus
In vigesima tertia
Audentes animos fœlicia nomina ducunt C
Oderunt timidi segnia corda viri

D Quelibet est dextro semita tuta deo.
E Ingenios mores flagitat ipse decor
F Turpis vt insigni facies virtute nitetur
Absurdoqȝ decus crimine forma iacet
G Turpius atra sedet formoso in corpore labes
Ipsa decet specimē candida vita suum
H Est aliquid clarus magnorum splendor auorum
Illud posteritas emula calcar habet
I Scilicet vt nullus tantis sit degener actis
Magnanimum pectus strennua facta mouent
K Exitat effigies magnorum inspecta virorum
Lumen & impressa certius auri facit
L Non decet exterius scāma carere bonis
M Magnanimus licitas quisqȝ requirit opes
N Sit licet ipsarum regina pecunia rerum
Hec tamen est famulas digna dedisse manus
O Rebus in humanis nihil est abiectus ipso
Diuite qui domino stratus ab ere iacet
P Non facit ad largas preda aliena manus
Q Munera diuino cespite fracta iacent
R At maiora gerit cunctis dominantia rebus
Omnia nam virtus imperiosa damat
S Nāqȝ tenax heret quicquid rudis exipit etas
Durat & imbutus vase recente sapor
T Perficit at prudens veri scrutator operti
Omnia matura peruida consilio
V Recta etenim librant suspensa examina mentem
Nec fluxum a vero tramite carpit iter
y Corruit vt preceps furiata mente libido
Sic sua sedatum pondera pondus habet
ȝ Incorrupta reget trutine qui fila seuare
Natiui tutor federis acer erit

Ipse etiam semper vultu conspectus eodem A
Omnia socratico more ferenda putat
Decidit impatiens sortis quicunqz finistre B
Nesciat euentu prosperiore frui.
In primo libro Liuie.
PRistina materni linquens vestigia nidi C
Non facit aerium protinus ales iter
Omnia qui recto metitur pondera sensu D
Non timet euentus facta sinistra sui
Scilicet insano dulces in amore dolores E
Inqz hylari tristis pectore cura viget
Prima cupidineis etas manet apta triumphis F
Non gaudet veteri sanguine mollis amor
Optima non metuunt rodentes carmina blatas G
Missa nec irato tela trisulca ioue
Que datur ex victo gloria sola iuuat H
Noscit ab ingenio quisqz futura suo I
Vt liquida in varias formatur cera figuras K
Sic capiunt quęuis membra tenella modum
Viuat amica licet dictina castior ipsa L
Nulla tamen vario forma timore caret
Non amet aut discat duros tollerare labores M
Optati compos qui velit esse sui
Falleris ista fugit nunꝗ reditura iuuentus N
Et quecūqz breui tempore forma perit
Inuida precipiti labuntur tempora cursu O
Labitur vt volucri pulsa carina noto
Huic tacitum festinat iter cum morte profunda P
Non intellecto curua senecta gradu
Vt corrupta fluunt cunctarum semina rerum Q
Omnia sic illis quattuor orta fluunt
Magnus & in parua piscis habundat aqua R

S Quelibet ex proprio res satis ampla bono
T Scilicet humano quiuis de sanguine cretus
Gaudet ab eterna posteritate Regi
V Aurea neglecto maius si premia versu
Irrita pro stabili munera laude petis
X Cetera vanescunt dubie ludibria sortis
Sola sed aeternum carmina nomen habent
y Fœlix que fuerunt sacro celebrata poete
Cuius honorato carmina nasus inest
ʒ Non bene quisqꝫ dato sceleri pede currere signo
Missus ab aleo carcere nouit aquus
A Ipsa iuuat potius fide constantia curæ
Q d' mala que ficto corpore forma viret
B Scilicet est aliquid propriam sibi quærere laudē.
Atqꝫ suo ex humili surgere marte loco
C Quem releuat virtus multo sudat a labore
Nobilior paulis ille duobus erit
D Omnium canto sapiens pectore sensus
Qui sciat oblata commoditate frui
E Tota datur merito vita fruenda suo
F Vsibus assiduis longum terit omnia tempus
G Mollia conueniunt tenere precordia forme
Nec tumidus roseo fastus in ore decet
H Quelibet ingenio pietas in corpore regnat
Seuicies diris conuenit ipsa feris
I Displicet & nulla placabilis arte puella
K Mitia cum facili pectora mente placent
M Rebus in angustis verus spectator amotor
Certus amor nulla sorte perire potest
N Sed manet imprudens duri sectator amoris
Non facit ad talem finis honesta virum
O Displicet & sumpta est egro medicina iacenti

Gaudet ab inuisa post modo liber ope.
Hei mihi durum est alieno viuere sensu. P
Q d durum est ipsi subdere colla iugo
Libera qui molli subiecit colla cathene Q
Non timet illa tuos curua malea sinus
Multa licet faciat curio damnanda seuero R
Nil præter facilem curat amator heram
Cogetur immensi quæcunq; potentia mundi R
Dura faretrati frena subire dei
Prouida quæ mandent nature iura potentis T
Inuiolata suis legibus illa manent
Est aliqua in raram virtus peperisse puellam V
Que venit ex turpi sordida fama venit X
Non nisi magnanimis est venus Y
Q d suauis ꝙ blanda quies ꝙ grata voluptas; Z
Q d nihil optata spe cecidisse iuuat.
Non semper media pugnat gladiator areno A
Ipse licet mitti fœlix in amore triumphes B
Impia tam gratum topica nectar habet.
Ad nimium facilis res est mihi crede iacentem C
Vincere qui nulla se tueatur ope
Inclita pagane preponit olympia palme D
Qui velit iniuncto digna trophea viro
Semper ab excelso quærenda est fama triumpho E
Maxima nam summis gloria rebus inest
Vt rigidum assidua teritur rubigine ferrum F
Sic grauis assidua flectitur ira prace
Irrita qui sterili committit semina terræ G
Huic media est docta vena secanda manu
Seuit in ingratos vltio iusta viros H
Gratius est lenti semper amoris opus I

K Heu heu ꝙ vanum est humanis fidere rebus
  ¶ ꝙ vanum est vllo ponere certa loco
L Omnia labuntur vario mortalia casu
  Et nihil æterna conditione frui.
M Quelibet insolitis gaudent premordia rebus
  Atqꝫ recens veteri gratius extat opus
N Littoreas facilis voluit ceu ventus harenas
  Sic leuis assueto femina more labat
O Iusta patrocinio est causa tuenda pio
P ¶ ꝙ manet infelix cecaqꝫ cupidine captus
  Qui tua tam falax castra sequatur amor
Q Forma nihil ledit tacitis velata sub vmbris
  Omnibus illa magis visa nocere solet
R Prima terit semper felici lumina gressu
  Post miser aduerso sydere fertur amans
S Si qua tenet tristi gaudia felle madent
T Qui semel est quassus tumidis mercator in vndis
  Si dubias repetat nil sapit ille vias
V Et merito irrisa est varie sententia mentis
  Si qua vacant solido verba tenore labant
G Ipse carens certis amor est rationibus expers
  Alter & alterius iura coactus init
y Femina si facilem cupido se præstet amanti
  Tunc domus innumeris plausibus icta sonat
ꝫ Charior est ipso lenis amica tago..
A Callida de tectos cum femina percipit estus
  Senior in notas permanet ille faces.
B Non grauiore miser damno tentatur amator
  ¶ ꝙ sua cum pronas spernit amica preces
C Pareat addictus domino quæcunqꝫ iubenti
  Si venit autori culpa luenda venit
D Et nullos sterilem latratus mittit in auram

Qui fuit antiquas doctus ab arte canis
Et vetus est rara deprensa indagine vulpes
Vana nec expertus verba magister habet
Non bene contempnit veterem noua semita cursu E
Heu q̄tum insipiens passa est in curia damnum
Tangere sacra nephas magnorum vasa deorum est F
Ne licet ambrosias sumere, queq; dapes.
Stulte quid ornatu splendidiore tumes G
Solus inops misero succurrere discite genti H
Vidi ego iam tumidi turbatas equoris vndas I
Post modo composita lenius ire via
Grata solet pietas casus meminisse ruentis K
Nec cadat officii minus inane pii
Nulla manet grauior vidui q̄ pena furentis L
Tam miser est medica qui caret ege ope
Non canit assidua religatus compede fossor M
Leta pethylleo verba nec ere sonant
Anxia sublimi pendentia corpora fure N
Dant tremula mestos non nisi voce sonos
Cocta cytheinis qui topica sumpsit athenis O
Haud rabido lepidum fundit ab ore melos
Non bene conueniunt grauibus mera gaudia curis P
Oderunt tristes seria verba modi
Fœlix heu nimium felix nimiumq; beatus Q
Tempora qui pulsa nube serena trahit.
Scilicet illa manent cedrinis digna tabellis R
Que bene pacata carmina mente fluunt
¶ q̄ male fraudata est deserto vitis in agro S
¶ q̄ male sunt ramis marcida poma suis.
Gloria maior erit duras fregisse cathenas T
Quā victum indigne discruciasse virum
Scilicet aduersa cassant felicia sorte V

Queqз valent fato ſepe iubente ruunt.
X Ah nimis incerto fortuna volubilis orbe.
Seu das infeſta ſeu rapis ipſa manu
y Ah pereat primus chari diſiunctor amoris
Et cui mordaci corpore liuor ineſt
z Pulchra vel in ſanctis metuenda eſt femina templis
Omnibus ; eſt ſemper forma timenda locis
A Sed bona cum queras ſincere nomina fame
Perficiet titulos candida vita ſuos
B Exploratus amor longoqз exercitus vſu
Semper habet priſce conſcia ſigna facis
C Lata repentino vana eſt ſententia motu.
Omnia ſunt variis diſcutienda modis
D Aſpicimus cunctis geminas mortalibus aures
Ne rea iudicio pars vacet vllo ſuo
E Non erit admiſſo damnandus crimine vates
Si totum equata lance rependit opus.
F Nec facit auctorem culpa profeſſa reum
G Tollere nulla poteſt longarum meta viarum
Antiquum vere pignus amicitie
H Feruida ſupreſſo compeſcitur ora palato
Libera ne ceptum lingua ſequatur iter
I Garrula dentato frenanda eſt aggere lingua
K Concidet hec breuior cumulato vita dolore
L Apta ſed orandis diſcernite tempora rebus
Non ſemper faciles cernimus eſſe deos
M Non niſi cautus init tranquillum nauta profundum.
Vt peragat curſus tuta carina ſuos
N Vos moueat ſeries notorum immenſa dolorum
Doctior experto eſt quiſqз cauere malo
O Ignis & inuito celatus proditur ore
Nulla ſub ingenio pectore flamma latet

Est aliquid placida semper amante frui. P
Acta per aduersas si qua est fortuna procellas Q
Illa minus domina vellificante nocet.
Non solet esse pio constans in amore puella R
Et leuis absenti corde recedit amor
Quilibet ex ipso sydere fluxus inest. Liber tertius S
Non facit ad fastum parua carina fretum T
Grandibus ex animis quisq; probandus erit V
Turpia iam valeant infamis regna tyranni X
Sol quibus aduersos iungit anhelus equos
Rusticitas simplex & nescia fallere gaudet y
Fraudibus expulsis pace silente frui
Nullus in agricola pudor est versarier arte z
Postula cum rigido fracta bibente dolet
Sola etenim pariunt mortales rura per vsus A
Sepius & magnos illa tulere viros
Mobida vicine ledunt contagia pestis B
Tractaq; veloci stupa vapore ruit
Ipse vel in mediis speret bene naufragus vndis C
Post atras hiemes aquora tuta silent
Longanimos cupidos semper mora vexat amantes D
Tardaq; sollicitos parturit hora metus
Quilibet accepta pendent ab origine nati E
Atq; satum magno quẽq; parente iuuat
Rara placent semper generose corpora menti F
Nec nisi de raris fama petenda venit.
Ingenui est gratas cordis inire vices G
Nam labor est aliqua decipiendus ope H
Heu medio prostrata iacet sub fornice musa I
Cogitur & turpi delituisse situ
Languida corrumpunt ignauas ocia mentes. K
Et qui tam molli luxus in vrbe viget

L Destruit infectum cetera membra caput
M Ipsa olim miseras consumpsit inertia gentes
Et nullum est quod non struxerit illa nephas
M ꝙ bene prisca suos laudarunt secula vates
Dum gratum eterni nomen honoris erat
O Non facit ad magnos vulgus inane viros
P Nulla potest fortuna licet contraria quemꝗ
Vincere qui stabili se tueatur ope
Q Ditior est aliis quem sua musa beat
R Non bene difficili paret sacer incola freno
Non est imperio musa premenda graui
S Fertilis interdum sterili stat messis in agro
Et modo que fuerat condita spina rosa est
T Credulus est primo iuuenis sub amore sed illum
Decipit occulto sorsqꝫ venusqꝫ dolo
V Ante oculos grauius vulnera facta premunt
X Nam simulac paulum sese grauis ira remisit
Asperior solito pena dolore venit
y Quisquis amat propriam putet esse quod optat amicam
Ni velit impatiens sepius esse miser
ʒ Rideat ignari temeraria murmura vulgi
Qui sua post habito vota pudore facit
A Non habet vltores turba iocosa deos
B Nullus in aduersos tendit sua brachia fluctus
Debet enim duris cedere quisqꝫ deis
C Non reditura volant fugientis gaudia vite
Qui sapit ignauos non sinit ire dies
D Sepius ex minimis nota est presumptia rebus
Vt ventura sue cognita sortis eant
E ꝙ cito magnifici mutata est forma triumphi
Fallitur ingenio pectus inane suo
F Sis licet eacides regidis metuendus in armis

Si velit acer amor traſo puſillus eris
Non latet occulto plaga cruenta ſinu G
Vel bona vel primo ſemper mala dantur ab ortu H
Fœlix a ſupera cui fauor arce venit
Eſt aliquid domine poſſe placere ſue I

Liber quartus

Vt liquidum mixtas oleum ſuper eminet vndas K
Sic premit aduerſos ſtrenua muſa canes
Reſtituit demptas conceſſa pecunia vires L
Non bene cum vacua eſt vlla crumena ſonat
Nam bene facta mouent ſuperas mortalia mentes M
Nullaqꝫ letheas gratia tangit aquas
Non bene laſciua mixta eſt cum thaide pallas N
Subdita communi iaceat ſi fœmina voto O
Vxor erit brutis equiparanda feris
Scilicet vt nullo maculanda eſt crimine coniunx P
Dia velut magni ceſaris ora canunt
Qui tegit inceſte damnandas coniugis artes Q
Hic reus admiſſi criminis auctor erit
Publica prima euo pateant licet omnia vitæ R
Non datur in varios ſponſa fouenda ſinus
Ipſa quidem certa eſt ſoboles generanda parentes S
Auctus vt ex vero germine ſanguis eat
Odimus illicito conceptos ſemine natos T
Non manet in toto vilius orbe genus
Non eſt etherei vicianda potentia regis V
Ipſa nec inceſta ſacra pianda manu
Quelibet hac abilem ſortita eſt lege maritum X
Debita quo grauidi premia ventris eant.
Luxuriat molli pinguis ſeu gramine tellus y
Sic ſua materno pignora ventre decent
Non bene decerpta eſt vix ad aperta roſa A

B Turba ſibilinos viuit iniqua dies
C Qui niueam eternum ſamam propagat in euum
Serior annoſo neſtore functus erit
D ꝙ iuuat ambigue vitata libido iuuente
Cuius ad immenſum eſt area lata malum
E ꝙ proſunt ſamil ſuperata cacumina rami
Difficilis dextro qua via colle riget
F Scilicet ipſius radix virtutis amara
Dulcior biblea fructus abundat ape
G Nam bene precipuo diſcuſſa poemata cetu
In tanto geſtant pondera clauſa ſinu
H Exprobrata iuuat decepte iniuria amantis
Fit leuior bilem que vomit ira ſuam
I Clauſus an ignoras intra tua pectora iudex
ꝙ graue ſit factu crimen onuſq; fide
K Scilicet iſta fuit veterum natura virorum
Fallere fœmineum credula corda genus
L Heu tutum eſt tacida proditione nihil
M Turgida ſuccenſet vitrea cito fœmina bile
Atq; ebetat mentem precipitatq; ſuam
N Diſcitur & quoduis minimo diſcrimen ab vſu
Promit & humanos pica diſerta ſonos
O Omnia natiuus fœdera iungit amor
P Nam grauis eſt equo pellenda iniuria marte
Ipſaq; ſanguinea vita tuenda manu
Q Adde quod ignata eſt potiundi gloria ſeptri
Pro quo magnanimus iuſta vir arma mouet
R Nulla duos vnꝙ ceperunt regna tyrannos
Solius imperii tanta cupido premit
S ꝙ bene partarum conceſſe eſt auctio rerum
Qua nulla eſt aliis leſio facta viris
T Non manet ille tenax parti nec prodigus eris

Nam media est certis meta tenenda modis
Nec leuis est ceptum vertit quicunq; sinistrum V
Turpibus a votis mens reuocanda venit
Grandior acceptis reddenda est gratia rebus X
Cultus & immense fertilitatis ager
Difficiles adytus musa perbemnis babet y
Non nisi finis erit stabili laudandus amore A
Semper ab euentu est vita probanda suo
Scilicet hoc multa lesum rubigine seclum B
Adiacet vt putri porca voluta fimo
Non nos ethereas viuentes carpimus auras C
Preparet vt lautas ebria mensa dapes
Nec nisi secreta formatum incude poema D
Negligit excussum celsa per astra sagum
Aptior est sensus strepitu semotus ab omni E
Maius & ingenium conficit alta quies
Attamen alterna mens est laxanda quiete F
Frangitur assiduis ictibus alta silex
Quid melius q̄ docta sacri commertia cetus G
Et pariter varias explicuisse vices
Diuersis diuersa placent sua cuiq; libido est H
Sed melior recti est norma sequenda modi
Suggerit infœlix atrum discordia virus I
Addita sunt vini gaudia plena mali
Dii q̄to insurgit liuor modo feruidus ictu K
Dii quantis ardens viribus ille valet
Tandem liuor edax magnisq; infeste poetis L
Succumbes telo marte fauente meo
Non nisi precipuos mens petit alta viros M
Nam leuibus crassam nugis transisse iuuentam N
Adueniens stimulat conscia corda pudor
Non secus est ales visco laqueata tenaci O

Quam iacet illecebris capta iuuenta malis
Ast ea consiliis aliena sagacibus etas
Nauta velut cecis nescit an erret aquis
P Non solet esse pii gratia lenta dei
Q Desinit esse nocens sceleris quem penitet acti
Iratum flectunt corda supina deum
R Non etenim stipes medio sublatus ab igni
Addita ni fuerit flamma perire potest
S Turpius ad sordes scelus est rediisse priores
Quam prauum insoliti crimen inire mali

Buccolica fausti

In epistola ad cordum

A Ridicula quippe monstra videntur que a verisimili figmento discrepant
B Non enim quod edax liuidus euomat sed quod excellens consummatusque vir sentiat curandum est

In prima egloga

C HEu possessa diu natalis iugera ruris
Extremus veteri dolor est liquisse colono
D Muneris accepti dulce est meminisse leuamen
E Nihil est triuiali more sonandum
Ante sacrum numen

In secunda egloga

F NIbil est a milite tutum
Prodiga cui desit consumpti copia nummi
G Vigilem decet esse subulcum
H Securas quicunque casas et ruris ameni
Vernantes contempnit agros vt magna sequatur
Atria nodosas pro libertate cathenas
Triticeoque petit meliorem pane farinam
I Prospera cui penitus flatu fortuna benigno
Aspirat rara est niueis cornicula pennis

Mollis inacce∫∫e ∫i ∫umma cacumina prendas K
Fac clauum in∫igas validum ne ver∫a reuoluat
Sublimen fortuna rotam preben∫amqꝫ voluto
Crine deam teneas ∫udata peculia debent
Cauta mente regi

In tertia egloga

VEterum ∫eriem memini∫∫e malorum L
Nostra recrude∫cit maiori plaga dolore
Grauis anxietas vario ∫ermone leuatur M
Inuicta re∫ecat mors improba falce N
Omne genus
Nec ∫pretum eſt tereti meditatum carmen auena O
Si modo ∫olicitos oculis deus a∫picit equis P
For∫itan auctorem fal∫i rumoris iniquum
In ea pena manet
Communia verba fatentur nulla latere diu Q
Vane mendacia lingue
Inuitus rumpetur liuor & atrox R
In ∫ua connectet dentes & vi∫cera mor∫um
Vt canis in ∫e∫e dentes rabio∫us acutos
Acriter obuertit; poſt ꝙ ∫euire negatum eſt
Corpus in externum vana∫qꝫ latrauit in auras

In quinta egloga

QVi∫que ∫uas extollit opes S
O nimium fœlix po∫∫e∫∫ion qui∫quis agellum
De∫idis exarcet pul∫o torpore veterni
Non mala paupertas non ora famelica cogunt
Improba concu∫∫a pelli ieiunia quercu
Ob∫equitur bene cultus ager maioraqꝫ reddit V
Fenora ꝙ capiat me∫∫iqꝫ capacia de∫unt.
Horea tam larga eſt vndanti copia cornu

In ∫exta egloga

X Probandum est

Ingenii iuuenilis opus quod mente sagaci
Omnia preuideat baculo ventura senili

y Haud motu credenda leui est nisi causa liquescat
Nota prius dubia dependet sorte futurum

ʒ Votis sepe suis & tempore fallitur ipso
Credula mens hominum

A Si fortuna secundet
Optatis ventura tuis gaudere necesse est

B Omnia ieiuno sapiunt vel pessima ventri

In septima egloga

C Conueniẽs curis modulandũ est carmen amaris

D Non leue sic folium summeqȝ mouentur ariste
Mobile ꝙ verbũ est qd' subdola curia iactat
Curia sollicitis non absona nomina curis

E Melior cura est simas pauisse capellas
ꝙ terere incertam per inania tempora vitã

F A sapiente manu laudato ingentia tecta
Exiguas habitato casas

G Vertitur in longos grata est qua curia luctus

H O proprie fœlix sorti quicunqȝ quiescat
Nec nimias affectat opes misereqȝ fugator
Ambitionis eat popularis spretor & aure

I Putat simplex nulloqȝ expertus ab vsu
Alliget vt pinguis gallas lucanica vites

K Sunt fugienda cito monstrata pericula cursu

In octaua eglogla

L Diuersum delectat opus fastidit eisdem
Semper onusta cibis & eodem mẽsa sapore

M Pulchrior est varias tell⁹ qua parturit herbas
Ipsaqȝ non vno confecta ex flore corona

N Sulcandum est equor seu conscia tẽpora suadent

Si fera perſtat hiems non eſt de littore tuto O
Diſſoluenda ratis zephiro ſed danda ſecundo
Intempeſtiua deſcerptum ex arbore ſorbum P
Tempora maturant & acerbos longa racemos
Dulcia gaudia pellit Q
Sollicitudo grauis
Nulla adeo ſpinoſa riget quæ tempore longo R
Anxietas non mittis eat
Nummi ſolus habendi S
Feruet amor radio ſolari eſt gratius aurum

In nona egloga

Quidnam miſeri penuria victus T
Magnanimo fortiq; viro metuenda videtur
Strenua paupertas rebus prelata ſub actis V
In precio maiore venit
Quis crederet vnq̄ X
Inclita q̄ tenui regnarent ſtemmata panno
Male prouidus eſſem Y
Si plebem incertam ſequerer mutabile vulgus
Fortunam extollit facilem duramq; reprehendit
Stat pectoris alti Z
Querere fortunam quacunq; in parte latentem
Virtus rara iuuat fateor A
Ipſis res eſt non parua miſellis B
Si faueat ſanctus cœlo vel ſolus in alto

In egloga decima

Niſi tempore ſero C
Amiſſam infœlix caudam non noſcit aſellus
Si ſtrepat ingrata rauceſcens voce cicada D
Nil mirum eſt vicium geniali ſorte tributum
Inſequitur
Vis eſt nature inuicta potentis E

F Nequit insanus rudentis clamor aselli
Archanos penetrare polos.
G Facit emulus hostes
Oblita ne possit longa rubigine virtus
Eterno marcere situ.
H Miseranda loquaci
Inuidia fortuna caret
I Cum falsa semel triuialem suasio musam
Imbuit hec vano petulans in corde senescit
Nonnullis vellenda modis alienaq; damnat
Carmina concino q̄p̄ modulata canore
K Nec quisquā infestat doctam nisi stultus auenam
Omnis & aucta viget crassis inscitia fibris
L Simulces gratis raras concentibus aures
Garrula contempnes ventose murmura plebis
M Heu heu pauperies victum pānosa minutum
Sollicito acquirens animo non ructa thyatu
Grande sophocleo carmē vix publica vena
Vix stridens sterili culmus succurrit in agro
N Ipsa etenim nimio mens intercepta dolore
Et vegeti clauso sensus fudisse meatu
Robora nulla potest viresq; hebetata potentes
Strangulat illa suas referant quas gaudia tandem
Auxiliis concepta nouis
O Nobilis est campos animi vulgare per omnes
Ocia quis dederit vite tranquilla beate
P Gaudia prestant maius narrata leuamen
Q Post cecas semper lux est speranda tenebras
R Non fictus.
Semper amor durat fortuna notus vtraq;
S Ne tumida sis mente precor sortemq; secundam
Equa mente feras totum est inuisa per orbem.

Qua ruit ex alto deiecta superbia cælo.
Si quis nimium cælo confisus aperto. T
Gestiat aduersa non nubila tempora ferre
Tempestate potest tanta imprudentia regnat
Est aliquid dextris descendens omen ab astris V
Mala tedia gignit X
Heu nimium lingue vox importuna procacis
Muta licet fuerint serui benefacta probati. y
Maxima quaqꝫ petunt.
Bene agenti prospera cuiqꝫ ꝫ
Omnia succedunt nullis sperata diebus
In elegia ad petrum Coardum
Scilicet ipsa tenet primas inuentio partes A
Sustinet & numeros causa reperta suos
Non facit ad grandes debilis aura tubas B
Non nisi meonii fortissimus oris achilles C
Casta phyletei est penelopea soni
Parua caphareum si cymba intrauerit equor D
Illa procellosis fluctibus icta ruet
Figmenta decent falsum mentita poetam E
In epistola ad Robertum gaguinum.
Inciuilium enim ac lenium hominum natura est mundum. F
perspectam materiam in deteriorem potius ꝙ in meliorē partem accipere.
Illi mea quidem sententia damnandi sunt qui genuino dē te vnumquēqꝫ lacerare studeant quandoquidē ex teonina mordacitate nullam certe gloriam assequi possint G
Quisquis preclarum atqꝫ immortale nomen affectat ea semper agenda putet ob quæ non modo instantibus sed etiam futuris seculis approbetur. H
Inconstantis enim ac stolidi hominis obloquutiones nihil omnino faciende sunt. I

K Qui semel temerario ausu alienos sibi labores ascripserit tametsi egregium deinceps opus excudit id nunquam ex officina sua emisisse censetur.

L Inertis hercle & insipientis animi est parentum quantum vis innobilium pudere.

M Nihil tam flagitiosum est quod aliene laudis detractori probum esse non videatur

N Nullum demum scelus est quod iustus deus vel repentino vel lento supplicio non prosequatur.

O Is omnino vel excors vel immanis est qui aliqua ex parte famam suam negligere videatur.

In egloga ad balbum.

P Quid agat mens conscia facti
Non videt ulla mali tanta est calligo malorum

Q Debet quaecunque remitti ultori vindicta deo

R Maiori fenore dicunt
Offensi dilata dei tormenta venire

S Breuitate probantur.
Crimina que volitant cunctos dispersa per agros

T Nauseet ista licet scabies tamen vlcus apertum
Et sanies monstrata iuuat.

V Heu quam lingua nocet diro suffusa veneno
Et stigiis imbuta malis non ossea lingua est
Omnia cum tritis sed dissipat ossa medullis

X Improba nonnunquam capitis delicta nephandi
Impunita vigent sequitur sua pena nocentes
Seu velox seu tarda viros.

y Numine dextro
Sedula proueniunt sincere praemia vitae.

De Ingressu cancellarii in vrbem parrhisieam

z Emula succendit stimulatam gloria mentem
Nec sinit in vili delituisse situ.

Incolume imperium merite data premia laudi A
Pœnaqꝫ damnando seruat iniusta reo.
Magnus erat fateor superato ex hoste triumphus B
Sed domito maior crimine palma nitet
In deprecatoria ad gregorium ambosium
Optatum longi finem sperare laboris C
Omne finit posito phasqꝫ piumqꝫ metu
Ingenui est miseris animi succurrere rebus D
Presulis & iustam ferre potentis opem
In epigramate ad ruseum
Mira quidem res est coruo quoqꝫ rarior albo E
Aere ꝙ in modico plena crumena tumet
Scilicet hec primo sors est fatalis ab euo F
Tempus ineternum pauper vt hirus eam
Attalice nunc dentur opes cras prodiga fundet G
Copia ꝙ certus poscit amicus habet
Tunc properans ipsi mors est metuenda pœte H
Cum plena insuetas archa coercet opes.
Vibrantis potius subeam fera spicula mortis I
¶ ꝗ sit nimosa saccus inanis ope
Qui semel est tenues fato resolutus in auras K
Detinet in tuto membra quieta loco
At centum solam mortes tollerabit in horam L
Magnanimo quisquis pectore pauper erit
De immaturato obitu Karoli octaui regis francorum.
ORtis mors omnibus equa M
Serior aut citior properat nullosqꝫ potentis
Respectus ditionis habet:villisqꝫ popelli
Fœlici veniens dulciqꝫ etate triumphus N
Pulchrior existit vitaqꝫ decentior ipsa
Quid nisi longa dies maiora incommoda defert O
Diuersis subiecta malis nec semper eodem.

Duratura modo
P Bene gestis vndiqꝫ rebus
Tempora pensantur viridi decracta iuuente
In epistola ad guidonem rupifortem.
Q Excusanda venit census fortuna minuti
R Cunctarum fateor regina pecunia rerum est
Ast ipso inferior corde minorqꝫ iacet
S Innumeri seruant non regna potentia nummi
Sola sed accepte dedita corda manus.
T Qui totum pura sese cum mente dicarit
Donat hic immensas officiosus opes
V En rude vesani carmen fecere dolores
Sollicitus magno quis Ioue digna canat
X Victurum quarit secessus carmen amenos
Hic vbi sit cura mens aliena graui
Qui bona coniunxit virtuti externa fruenda
Vtilis humanis gentibus ille fuit
Deficiat mundus vacua si victus in archa
Muta vel ipsius musa maronis erit
A Scilicet expertis verax sententia rebus
Vana nec est certo que venit ore fides i
B Forsitan est vates fetu deceptus amato
Nec iudex proprio cecus honore videt
C Heu heu mutata est vite fortuna beate:
Et celeri preceps cardine versa ruit.
D Quid iuuat herbosa falcem supponere messe.
Nam steriles fructus gignit acerba seges.
E Ingeniosa pio fota est solertia regi
Non facit ad magnum pectus auara manus
F Tarda solet cunctis rebus obesse mora
G Et labor O longa est magnum expectatio pondus
Et spes cum multo longa dolore venit

Visa placent contracta iuuant possessa probantur H
Pandet ab effectu finis amanda bono.
Neqȝ enim res dignior vlla est I
Pectora ꝙ placito docta fouere sinu.
Velox duplex gratia nummus habet K
Epitaphium in regem Karolum
Quisquis es o princeps sceptro ne fide potenti L
Aut hoc aut alio mors venit equa modo
Immaturam pensat noua gloria mortem M
Extremum superarit inclyta gesta rogum
Non aurum non stēma iuuat non forma nec etas N
Nec regum populis imperiosus apex
Omnia mors soluit nec morti obsistere queꝙ
Fata finiunt fatis credite vita nihil.

Carmen de petro Coardo primo preside

Digna capistratum perdent suspendia furem O
Periurumqȝ manet debita pena caput
Vrbs etenim durat nullum casura per euum. P
Pectora cui presint Iudicis equa boni
Non ita sidero rutilans micat hesperus axe O
Iusticia vt summo nata tonante micat

In carmine ad laurentium confessorem regis.

Est aliquid trito fletam cum pectore culpam P
Eximio reserare patri qui tempus in omne
Gestet honorata sanctam cum pallade musam

In deplaratione mortis petri Coardi

O Summa humanis sperare insania rebus Q
Firma ne casurum robora prestet onus
Non videt insano quid agat mens ceca dolore R
Parcenda afflicti pectoris ira venit
Noscitur aduerso tempore verus amor S
Assidet innatus studiis amor vnus eisdem T

Gratia & ex illis conciliata viret
V Non decet a summis degenerare viris
X Heu semel æterna subeundum est lege sepulchrum
Membraqꝫ terreno dissoluendo simu
y Fluxa humanum dependet origine corpus
Inqꝫ sua gelidum matre quiescet onus.
ʒ Vnde venit repetens superum mens aduolat orbem
Regnaqꝫ detersa labe beata tenet

De gestis Legati.

A Laxanda est studio non mens soluenda tenaci
Mox noua materie cura recentis eat
B Heroum vrsino lingendum est more poema
Imparia exiguum carmina tempus amant.
C A tenui non parua est gloria versu.
Maxima phebeo gesta fauore cani
D Est aliquid mitti susceptum antistite carmen
Cui sint munifice tempus in omne manus
E Irrita non sceleres vox est iactanda per auras
Nec frustranda suo musa labore venit
F Non petitur celse spernenda pecunia menti
G Esto procul sacri damnosa potentia nummi
H Nature absumptor proprie deposcat auarus
Quas cupit hic amplas sollicitator opes
I Dulcius in trepidos nihil est ꝙ ducere soles
Et semper docta commoditate frui
K Nullum etenim seclo carmen deletur edaci
Quod semper vena fertiliore frui
L Mascula qui nequeat summo dare thura tonanti
Gratus erit celsa non minus ille mola
M Blandus aduletur per inania ludicra mimus.
Rideat & dulci corda permucta fauo
N Sit procul occulta rodens erugine liuor

Nec mordax atro zoilus ore latret
Absit & a nigra manans loligine succus
Et quo tetra ipsas sepia fedat aquas
Quid iuuat anguineo vomitum de pectore virus Q
Nil agit in summum perfida lingua caput
Ardua qui nequeunt tante fastigia molis P
Scandere successu prosperiore dolent
Scilicet & tristans alieno liuor honore Q
Pulchra teoninis dentibus acta terit
Purius & mediis fuluum salit ignibus aurum R
Strenuus ex ipso clarior hoste salit
Semper ab excelso virtus releuatur olimpo S
Semper & a niueis victa triumphat equis
Mansuetus iussas animus non spernit habenas T
Frena nec elata mente superba regit
Lucida quis nescit superum nitet aula deorum V
Albicat hic niuei candida turba chori
Lurida nigrescunt tenebrosa tartara nocte X
Illita quam furuis incolit vmbra notis
Alba omen volucris dextrum canit atra sinistrum Y
Indicat & pullus tristia fata color
Pessima cunctorum prestant fomenta malorum Z
Ocia per totos luxuriata dies
Nemo adeo sanctus qui non sua membra relaxet A
Gaudeat & licitos inseruisse iocos
Omnia succrescunt auspice septa deo B
Non ex ipsis pendet data gloria tectis C
Sed domus a proprio nobilis extat hero

De influentia syderum

Quis neget ex solo demissos sydere fluxus D
Ortaque diuersis subdita queque polis
Incola quem primis oriens exorbet ab annis E

Sortita est genium quelibet ora suum
F Adde quod humanis septenus fetibus erro
Omnia vitalis munera prestat opis
G Ossibus in mediis vera medula latet
H Vt forti mansura viro constantia regnat
Sic firmo verax robore durat amor
I Totaqz non vno variata est sydere tellus
Pulchrior & fetu est illa vel illa suo
K Inferiora vigent rebus moderata supernis
Omniparens summa quas deus arte tulit
L Non tamen humano dempta est ex iure potestas
Ne vacet arbitrio libera vita suo
M Stentorea obtundunt clamantes voce sophiste:
Dum leuibus nugis tempora vana terunt
De neapolitana victoria
N Nullus enim surgit ratione valentior omni
Maior & exacta prosperitate dolor
O Sepe nocet soboli culpa paterna sue
P Mortali fabricata manu monumenta fatiscunt
Durat in eternos mens generosa dies
Q Ipse etiam veniens mundi saluator adepti
Proditus occulta christus ab arte fuit
R Sors inopina venit nec iniquis credita factis
Pendet ab amisso queqz ruina suo
S Scilicet inuetitos mens est decliuior actus
Et placido probitas crimine vita iacet
T Cito sceptra ruunt populo male grata timenti
Atqz odia ex ipso nata timore nocent
V Mobile constanti vulgus retinetur amore
Et ruit vrgenti ceca per arma metu
X Nonne gigantea fidentem molle golian
Saxeus etherea perdidit ictus ope

Omnia cristicole sunt astra fauentia menti y
Deqz pio nullum pectore numen abest

De secunda victoria neapolitana

Nil claro est aliud latitans in corpore virtus A
ꝙ clausum occulta fuluum tellure metallum
Nec prodest tantus domino thesaurus auaro B
ꝙ quae ipso virtus in gloria corpore claudit
Si modo prosiliens vena de paupere riuus C
Concursum digno citientem expleuerit haustu
Incensum exibito studium inflammatur honore
Quasi debita merces D
Prestita censetur gestarum gloria rerum
Principis alti E
Magnanima exoptat solam victoria laudem
Res inclita semper F
Nobile reddit opus

Ad Petrum coardium in inuidam linguam

FAlsa quid accusas insontem lingua poetam G
Ipse nequit sanctis liuor obesse viris
Vt fuluum ardenti fit purius igne metallum H
Sic virtus duris casibus aucta nitet
Felix cui virtus clarum dedit inclita nomen I
Purius & prima qui niue pectus habet.
Scilicet & crebro iugulatrix lingua susurro K
Pasceris & ficta garrulitate tumes
Supplicium eternum est nil nisi liuor edax L

Ad musam suam

Est aliquid certo securam ex munere vitam M
Et letum in tuto tempus habere casa
Iusta solent ipsos vota mouere deos O

Ad Laurentium burellum

Magnanimi est gratam tradere cordis opem P

Fauſtus.

In euſebium

Q Quid non longa dies multis obliterat annis
Sed nihil eſt quod non ſedula cura nouet

In obitum ſtephani

R Heu ꝙ fluxa ruunt celeri mortalia caſu

Ad griglottum

S Heu longa eſt ſummis vita negata viris
T Gloria ſed viuit nullum moritura per euum
Indomita virtus inclita morte caret

Explicit Viridarium Illuſtrium Poetarum cum additione aurearum ſententiaruz ex quibuſdam opuſculis fauſti egregii poete francorum regis collectarum opera & impenſis probi viri Dyoniſii Roce librarii commorantis in vico ſancti Iacobi ſub ſigno diui Martini. Anno ſalutis. M. quingenteſimo decimo tertio. Ad Kalendas Apriles

